

DUBIUM V.

Quae sint requisita ad Missam.

372. Praenotantur quae sunt praescripta in rubrica. — 373. I^o. Requiritur Altare consecratum. — 374. II^o. Mappa triplex. — 375. Dub. 1. An sufficiant due mappae, vel una duplicita. Dub. 2. An mappae debeant esse benedictae. Dub. 3. An tam mappae quam corporale debeant ex lino confici. — 376. III^o. Veste sacra et mundae. — 377. Dub. 1. An sit mortale celebrare sine stola, manipulo aut cingulo. Dub. 2. An ob metum mortis liceat celebrare sine ulla veste sacra. — 378. Dub. 3. An paelati regulares possint sacras vestes benedicere. Dub. 4. An episcopi possint aliis delegare licentiam benedicendi vestes. (Vide etiam n. 381). Dub. 5. An color vestium sit de paecepto. — 379. IV^o. Calix et Patena consecrata. — 380. An calices, vestes, etc., remaneant consecrata vel benedicta, si quis in eis celebret. — 381. An abbates possint benedicere calices, paramenta, etc., etiam pro ecclesiis alienis. — 382. Quibus sit licitum tangere vasa sacra, corporalia et vestes. — 383. De pyxide et materia ejusdem vel calicis. — 384. Dub. 1. An pyxis debeat consecrari. — 385. Dub. 2. An debeat benedici. — 386. V^o. Corporale benedictum. — 387. Quibus liceat lavare corporalia. Et an aqua lotionis omnino mittenda sit in sacrarium. — 388. VI^o. Palla linea. — An sit mortale celebrare sine palla, vel ea non benedicta. Et an liceat duas pallas adhibere. — 389. VII^o. Purificatorium. — An hoc debeat esse benedictum. — 390. VIII^o. Missale. — An liceat in necessitate celebrare sine missali, vel cum missali de ritu diverso. — 391. IX^o. Minister masculus. Dub. 1. Quale peccatum sit celebrare sine ministro. — 392. Dub. 2. An peccet graviter sacerdos celebrans ministrante vel respondente femina. — 393. X^o. Crucifixus. — Dub. 1. An sit mortale, celebrare sine cruce aut crucifixo. — Dub. 2. An, manente in altari magna imagine crucifixi, alia crux requiratur. Et an crux et aliae imagines Sanctorum debeant esse benedictae. — 394. XI^o. Candelae ex cera. — Dub. 1. An liceat celebrare cum candelis ex sebo vel oleo. — Dub. 2. An, cum uno lumine cereo. Et an cum quatuor candelis. — 395. XII^o. Antependium, pulvillus, bursa, velum et manutergio. — 396. XIII^o. Capitis nudatio. — 397. Dub. 1. An sit mortale celebrare capite cooperto. Quid, si adsit causa sic celebrandi. — 398. Dub. 2. An liceat celebrare cum caesarie ficia. — 399. An rubricae Missalis sint directivae vel paeceptivae. — 400. An sit mortale omittere caeremonias levores in notabili parte. Et quantum temporis sit in celebratione insumentum. Monitum. — 401. An omnia decreta S. C. Rituum rigorose obligent. — 402. An liceat celebrare nudis pedibus, aut cum baculo, etc. — 403. De omissione partium Missae; et an repetenda omissa. — 404. De partibus ordinariis omissis. — 405. Quae omissione sit mortalis, et signanter in canone. — 406. Quae vero sit tantum venialis. — 407. Quae multatio sit mortalis. — 408. De purificatione calicis facienda. — 409. De partibus extraordinariis omissis: et etiam de lotione manuum. — 410. Dub. 1. Quomodo peccent regulares, nominantes in canone nomen generalis vice episcopi. Et quinam episcopus nominandus. Dub. 2. An peccet omittens orationes ante vel post Missam. Dub. 3. An peccet omittentes orationes ad vestes. Dub. 4. An peccet sacerdos non recitans in Missa solemni quae cantantur a choro. Dub. 5. Quomodo peccet celebrans voluntarie distractus. — 411. Quomodo peccet sacerdos addens aliqua in Missa. — 412. An liceat dicere Missam ante Matutinum et Laudes. Remissive ad n. 347. — 413. De iis quae voce alta vel submissa dicenda sunt. — 414. Dub. 1. An peccet ita submissae celebrans ut nec seipsum audiat. — 415. Dub. 2. An peccet recitans submissae quae alte dicenda sunt. — 416. An sit mortale alte dicere quae submissae sunt recitanda. — 417. An et quando liceat mutare Missam. — 418. In quibus diebus prohibentur Missae votivae. — 419. In quibus vero permittuntur. Et an tunc pro arbitrio passim dici possint. — 420. Qu. 1. An sit mortale dicere Missam votivam in diebus vetitis. — 421. Qu. 2. Ob quas causas in dictis diebus possint dici Missae votivae: 1. Ob necessitatem publicam. 2. Si in illa ecclesia celebretur festum duplex. 3. Si exponatur SS. Sacramentum. 4. Si praesens sit cadaver, vel dicenda sit Missa anniversaria. — 422. Qu. 3. An obligatus dicere Missam votivam, satisfaciat si dicat currentem. — 423. Qu. 4. Quaenam sint advertenda circa modum dicendi Missas votivas. Et 1. De numero orationum. 2. De Missis habentibus introitum particulari, etc. 3. De Missis Beatorum concessis alicui ordini vel loco. 4. De Missa SS. Trinitatis, Angelorum, Spiritus Sancti, B. V. Mariæ et de Requiem, etc. — 424. Afferuntur aliqua decreta magis notabilia circa Missarum celebrationem. Quaeritur hic obiter quanam ex causa liceat exponere SS. Sacramentum.

Rubrica
de altari et
ejus ornatu.

372. — Ante omnia hic refert praenotare rubricam Missalis, quae facit ad ea quae infra membratim dicenda sunt. —

In rubrica¹ sic habetur: Altare in quo SS. Missae sacrificium celebrandum est, debet esse lapideum et ab episcopo... con-

¹ Rubric. gener., tit. 20

secratum; vel saltem ara lapidea, similius ab episcopo.... consecrata, in eo inserta, quae tam ampla sit ut hostiam et majorem partem calicis capiat. Hoc altare operiatur tribus mappis seu tobaleis mundis, ab episcopo vel alio habente potestem benedictis: superiori saltem oblonga, quae usque ad terram pertingat, duabus aliis brevioribus, vel una duplicata. Pallio quoque ornetur coloris, quoad fieri potest, diei festo vel officio convenientis. Super altare collocetur crux in medio, et candelabra saltem duo cum candelis accensis, hinc et inde in utroque ejus latere. Ad crucis pedem ponatur tabella, secretarum appellata: in cornu epistolae, cussinus supponendus Missali; et ab eadem parte epistolae paretur cereus ad elevationem Sacramenti accendendus, parva campanula, ampullae vitreae vini et aquae cum pelvicula et manutergio mundo in fene-stella, seu in parva mensa ad haec prae-parata. Super altare nihil omnino ponatur, quod ad Missae sacrificium vel ad altaris ornatum non pertineat.

373. — « Resp. Haec sequentia:

« I^o. Et quidem sub gravi sacrilegio [requiritur] « ALTARE consecratum ab episcopo vel abbatte (hunc enim altaria, calices et campanas posse consecrare, etiam ad usum alienarum ecclesiarum, docet Diana¹ cum Barbosa²) et aliis quatuor, ex declaratione cardinalium et privilegio Innocentii VIII), vel sacerdote privilegiato, stabile vel portatile: utrumque tamen ex integro lapide, quantum ad superiorem mensam quae consecratur; debetque esse tanta, ut possit capere calicem cum patena.

« Non sufficit tamen hostias esse in ara consecrata dum consecrantur: verum etiam debent (tam parvae quam magna) in eadem relinqui tempore sacrificii, et non alibi (licet supra aliud corporale) deponi, v. gr. propter loci an-

¹ Part. 3, tr. 2, resol. 15. — Innoc. VIII, bulla Exposita tuae, 5 id. April. 1489, in Bullar. regul. Rodriguez. — ² Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 5, § 1, num. 4. — ³ Tr. 5, cap. 4, n. 79. — Lugo, disp. 20, n. 69. — ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 310. — Aversa, qu. 11, sect. 13, v. Super hunc. — Vasq., disp. 233, cap. 4, n. 36. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit.

373. — ^a Barbosa, de Offic. et Potest episc., alleg. 27, n. 36, quem Diana citat, nec de

« gustias »; [Non igitur licet ante communionem ponere particulas consecratas extra aram; ut communiter Tamburinius², Salmant.³ cum Lugo. Secus vero, post communionem; ut Croix⁴ cum Aversa et communi, contra Vasquez.] « quia omnes « sunt unica victima, et per modum unius « offeruntur. — Quapropter rubricae Mis-salis eas supra corporale, ante vel post « calicem, poni volunt.

« Hinc etiam minus recte faciunt qui, « consecratione facta, mox hostias minores « a se consecratas dant alteri sacerdoti di- « stribuendas populo. Quia, sicut sacerdos « non debet de sua hostia dare priusquam « ipse sumpserit; sic nec de aliis: cum « sint una victima et hostia, omnesque « orationes, oblationes et benedictiones « sequentes non minus spectent ad par- « vas hostias quam ad magnam, neque « ante sumptionem sacerdotis perfecte et « integre sacrificata sit victima. Card. de « Lugo⁵. — Eum tamen qui contrarium « fecerit, a peccato saltem mortali; immo, « si necessitas fuit expediendi communio- « nem populi, ab omni excusat Tambu- « riensis⁶.

374. — « II^o. MAPPA linea triplex. Etsi enim secundum quosdam una duplicata; immo, secundum Sà, Angelum, Azor⁷ et Laymann⁸, una simplex sufficiat in necessitate: Missale tamen Romanum, auctoritate Clementis VIII et Pii V editum, expresse tres requirit⁹; uti et « Gabantus. Vide card. de Lugo. — Ut ea benedicta sit non est omnino neces-sarium; ut habet Silvester. Unde in ne-cessitate vulgaris adhiberi potest, et aliis usibus reddi. Laymann¹⁰.

Repetamus hic ea quea in rubrica Missalis, ut supra, circa mappas praescribuntur: Hoc altare operiatur tribus mappis seu tobaleis mundis, ab episcopo vel alio habente potestem benedictis: superiore saltem oblonga, quae usque ad ter-

lib. 2, cap. 5, § 2, num. 13. — Sà, v. Missa, n. 7 (in edit. genuina). — Angel., v. Missa, n. 87. — ¹ Part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 8, v. Quaeres. — ² Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17. — ³ De Defectib., tit. x, num. 1. — Gabant., part. 1, tit. 20, lit. r. — Lugo, disp. 20, n. 76. — Silvest., v. Benedictio, num. 5. — ⁵ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 11.

campanis nec de altaribus loquitur, sed de calice, vestibus ceterisque paramentis.

ram pertingat (quod tamen hodie non est in usu), duabus aliis brevioribus, vel una duplicita.

375. - Sed dubitatur 1º. *An sufficiant duea mappae vel una duplicita?*

Affirmant Suarez¹, Laymann², Holzmann³; Palaus⁴ cum Sà, Azor; item Bonacina, Henriquez et Gobat, apud Croix⁵: etiamsi hae duea mappae totum altare non tegant. Ratio, ut dicunt, quia sic usus habet. — Attamen puto a rubrica non recedendum; ut sentiunt Lugo⁶, [Contin.] Tournely⁷, Gavantus⁸ (ubi ait contrariam opinionem non esse tutam), Roncaglia⁹ et Escobar¹⁰, qui cum Angelo et Aversa miratur¹¹ quomodo aliqui DD. hanc obligationem non advertant post praefatam rubricam praescriptam a Clemente VIII. Tanto magis quod rubrica¹² inter alios hunc enumerat defectum: si altare non sit tribus mappis ornatum. — Probabiliter tamen ajunt Escobar, et Roncaglia cum Pasqualigo, id culpam veniale non excedere¹³.

Celebrare autem *sine ulla mappa* non excusat a mortali; ut communiter docent DD. apud Roncaglia¹⁴, cum Patre Concina¹⁵: qui addit e converso nullam committi culpam, si adsit gravis necessitas sic celebrandi.

Dubitatur 2º. *An mappae necessario debeant esse benedictae?*

¹ Disp. 81, sect. 6, v. *Dico I.* — ² Lib. 5, tr. 5, cap. 6, num. 11, assert. II, sub I et II. — ³ De Euch., num. 371, v. *Resp.* 2. — ⁴ Tr. 22, punct. 10, n. 1. — *Sà*, v. *Missa*, n. 7. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 8, v. *Quares.* — *Bonac.*, de Euch., qu. ult., punct. 9, num. 25. — *Henrig.*, lib. 9, cap. 28, n. 3. — *Gobat*, tr. 3, n. 289. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 322. — ⁶ Disp. 20, n. 76. — ⁷ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 9. — ⁸ Part. 1, tit. 20, lit. r. — ⁹ De Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 5. — ¹⁰ Lib. 21, n. 438. — *Angeli*, v. *Missa*, num. 35. — *Aversa*, qu. 11, sect. 13, v. *Rursus requiruntur.* — ¹¹ De Defectib., tit. 10, n. 1. — *Escob.*, loc. cit. — *Roncagl.*, loc. cit. — *Pasqual.*, qu. 712, n. 8. — ¹² Loc. cit. — ¹³ De Sacrif. Miss., cap. 9, n. 19. — ¹⁴ Disp. 81, sect. 6, v. *Dico I.* — ¹⁵ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 11, i. f. —

375. — ^{a)} Escobar scilicet de hoc miratur; Angelus vero et Aversa negant satis esse duas mappas.

^{b)} Escobar dicit rubricam hanc obligare « saltem » sub veniali. — Roncaglia vero et Pasqualigo dicunt veniale esse cum una dumtaxat tobalea celebrare.

^{c)} Contin. Tournely, *de Sacrif. Miss.*, cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 9, adducit Gavantum et alios, qui asserunt licere uti mappis non be-

Negant Suarez¹⁴, Laymann¹⁵; et Palaus¹⁶ cum Sà; item Tamburinius¹⁷; et consentit Wigandt¹⁸, dicens benedictionem fieri tantum de decentia. Ratio, quia (ut ajunt) nullo jure id cavetur nec consuetudine observatur. — Haec sententia non videtur improbabilis propter auctoratem horum auctorum, praesertim Suarii, qui testatur consuetudinem esse in contrarium.

Hoc tamen non obstante, magis adhaereo sententiae oppositae, quam tenent Azor¹⁹, Bonacina²⁰, [Contin.] Tournely²¹, Roncaglia²¹ cum Pasqualigo; Gavantus²²; Escobar cum Silvestro, Aversa et Gabriele. Ratio, quia in rubrica (ut supra) ita praescribitur; et²³ numeratur eodem modo pro defectu adhibere vestes non sacras, ac mappas non benedictas.

Talis vero defectus, ut probabiliter dicunt Escobar, et Roncaglia²⁴ cum Pasqualigo, non excedit culpam veniale. Unde recte docent Azor²⁴, Bonacina²⁵, Escobar²⁶; et [Contin.] Tournely²⁷ cum Gavanto, Silvestro et Quarti²⁸, nullum esse peccatum uti mappis non benedictis in necessitate, puta, ut ait Escobar²⁹, si adsit dies festus, et non possint haberri benedictae. Sed minorem causam sentio excusare; cum ad excusandum a veniali sufficiat quaevi causa rationabilis.

¹⁶ Tr. 22, punct. 10, n. 1. — *Sà*, v. *Missa*, n. 7. — ¹⁷ Method, celeb. Miss., lib. 1, cap. 5, § 2, n. 2. — ¹⁸ Tr. 15, num. 68. — ¹⁹ Part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 8, v. *Porro*. — ²⁰ De Euch., qu. ult., punct. 9, n. 25. — ²¹ De Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 5. — *Pasqual.*, qu. 709. — ²² Part. 1, tit. 20, lit. s. — *Escob.*, lib. 21, n. 443 et 444. — *Silvest.*, v. *Benedictio*, n. 5. — *Aversa*, qu. 11, sect. 13, v. *Rursus.* — *Gabri. Biel.*, in canon. Miss., lect. 13, lit. M. — ²³ De Defectib., tit. 10, num. 1. — *Escob.*, loc. cit., n. 444. — *Pasqual.*, qu. 709, n. 4. — ²⁴ Part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 8. — ²⁵ De Euch., qu. ult., punct. 9, num. 25. — ²⁶ Lib. 21, n. 444. — ²⁷ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 9. — *Gavant.*, part. 1, tit. 20, lit. s. — *Silvest.*, v. *Benedictio*, qu. 5; (cfr. v. *Corporalia*, n. 1).

neditis, si id suadeat necessitas: quibus non contradicit.

^{d)} Roncaglia, *de Sacrif. Miss.*, cap. 6, qu. 5, id non habet.

^{e)} Quin etiam Quarti, quem Contin. Tournely citat, scribit part. 1, tit. 20, dub. 8, diff. 3: « Decens omnino esse ut sint benedictae: hoc tamen non cadere sub praecepto ».

^{f)} Escobar, loc. cit., n. 444, scribit: « Die festo, quin etiam profesto ».

Probabilitate mappae non necessario benedicenda.

S. Doctor tenet esse benedicendas.

Uti mappis non benedictis, veniale.

Quaevis causa rationabilis excusat.

Requiruntur subgravi vestes sacrae.

Probabilitas confici possunt ex cannabe.

Dubitatur 3º. *An mappae et corporale debeant ex lino confici vel sufficiat esse ex cannabe?*

Tournely²⁸, Suarez¹, Filiuccius² dicunt omnino debere confici ex lino. Et probant ex can. *Consulito 46, de consecr.*, dist. 1, ubi sic dicitur: *Sacrificium altaris non in serico panno (scilicet corporale, ut explicat Glossa), aut tincto quisquam celebrare praesumat, sed in puro linteo ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato.* Et ex can. 27, dist. 2, de cons., ubi mappae vocantur *linteum*, nempe ex lino confectae. — Sed probabiliter et communissime sufficiere esse ex cannabe tenent Bonacina³; et Croix⁴ cum Gobat; item Azor et Quarti, apud [Contin.] Tournely⁵; ac Armilla, Tabiena et Reginaldus, apud Escobar⁶. Ratio, quia cannabis et linum juxta communem usum indifferenter sumuntur⁷.

376. — ^{a)} IIIº. Sub gravi sacrilegio *VESTES SACRAE*; hoc est, benedictae ab episcopo, vel sacerdote habente privilegium (ut habent mendicantium saltem superiores sive praelati. Vide Tamburinius⁷). — Quarum tamen colores non esse praecepsi, sed directionis, notat *Homobonus* apud Diana⁸.

^{b)} In gravi autem necessitate, etsi praestet, si sine scandalo fieri possit, Mis-

¹ Disp. 81, sect. 6, v. *Dico I.* — ² Tr. 5, cap. 4, n. 124. —

³ De Euch., qu. ult., punct. 9, n. 24. — ⁴ Lib. 6, part. 2, n. 333, (cfr. etiam n. 328). — *Gobat*, tr. 3, n. 314. — *Azor*, lib. 10, cap. 28, qu. 8. — *Quarti*, part. 1, tit. 20, dub. 8, diff. 1, v. *Dico I.* — ⁵ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 9, resp. ad 8. — *Armill.*, v. *Missa*, n. 6. — *Tabiena*, v. *Missa*, n. 10, qu. 9. — *Regin.*, lib. 29, n. 195. — ⁶ Lib. 21, n. 446. — ⁷ Method, celeb. Miss., lib. 1, cap. 3, § 2. — *Homobon.*,

⁸) Contin. Tournely, *de Sacrif. Missae*, cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 9, resp. ad 3, asserit mappas ex lino confici debere; sed subdit: « Fatentur tamen Azor..., Quarti..., tobaleas ex tenui cannabe confici posse ». Nec reprobatur Collet.

⁹) Et ita decrevit S. R. C. die 15 Maij 1819: tobaleas nimurum, amictus, albas, corporalia, pallias et purificatoria debere esse ex lino vel cannabe; confecta vero ex gossypio prohiberi. *Decr. auth.*, n. 2600.

376. — ^{a)} Diana, part. 2, tr. 14, resol. 57, quaerit an liceat (in gravi necessitate) celebrare sine stola, manipulo aut cingulo, vel illis non benedictis uti. Sed refert dumtaxat aliorum sententias; et adducit Filiuccium di-

« sam (cujus audiendi vel faciendo oblitio gatio tunc cessat) omittere; licere celebrire sine stola, vel manipulo, vel etiam uti cingulo non benedicto, vel si frumentum sit, rursus connectere, vel stola pro manipulo, et manipulo pro stola, « docet Laymann⁹, Diana¹⁰: contra Filiiuccium¹¹, qui tamen concedit in necessitate sine una vel altera ex minoribus, v. gr. stola vel cingulo, celebrare non esse mortale. — Vide Diana¹⁰, ubi, « contra Filiuccium¹¹, ex Henriquez¹² et aliis sex, docet esse probabile quod ex parvitate materiae excusari possit a mortali qui (secluso scandalo et contemptu) aliquam harum citra necessitatem omittit, v. gr. qui celebrat cum cingulo non benedicto, vel ejus loco utitur alia regula. — Denique metu mortis aut gravissimi damni, licere aliquando celebrare sine sacris vestibus et altari (dummodo non fiat in contemptum religionis), ex Azor¹¹ docet Escobar¹², Navarrus, Hurtadus, etc. — Limitat autem Tamburinius¹³, ita ut permittat sine aliqua etiam ex gravioribus, non tamen sine omnibus fieri, ob scandalum et irreverentiam. Vide Diana¹⁴.

^{b)} Porro, hujusmodi sacras vestes conficer ex profanis, v. gr. planetam ex veste serica muliebri, non est prohibita.

Exam. eccles., tr. 4, cap. 15, qu. 144, v. *Notandum*. — Part. 2, tr. 14, resol. 57. — ⁹ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17. — ¹⁰ Part. 5, tr. 5, resol. 62. — ¹¹ Part. 1, lib. 1, cap. 11, qu. 1. — ¹² Tr. 1, exam. 11, num. 85; (al. n. 98, v. f.). De vestibus loquitur. — *Navar.*, Man., cap. 25, num. 84. — *Gasp. Hurtad.*, de Sacrif. Miss., disp. 4, diff. 11. — ¹³ Method, celeb. Miss., lib. 1, cap. 3, § 1, n. 6. — ¹⁴ Part. 3, r. 6, resol. 48, v. *Secundo*; et part. 5, tr. 3, resol. 39,

centem posse omitti aliquod ex dictis parmentis. — Deinde, resol. 68, adducit Filiuccium dicentem mortale esse celebrare sine cingulo benedicto, cui contradicit Diana, dicens veniale tantum esse, si citra necessitatem fiat; nullum vero peccatum, si ex necessitate. — At revera Filiuccius, tr. 5, cap. 5, n. 149, negat licitum esse vestes omnes omittere, etiam ob periculum mortis, « si saltem adjungatur contemptus fidei »; sed « in necessitate sine una vel altera, praesertim ex minoribus, ut stola vel cingulo, non esset mortale ».

¹⁰) Filiuccius, tr. 5, cap. 5, n. 150, dicit: « Ex materiae levitate, vix potest excusari a mortali ». — Henriquez vero, lib. 9, cap. 29,

« tum. Suarez, Palaus, Tamburinius¹: qui « monet² cavendum ne sint valde attri- « tae; ut et ne reliqua supplex sacra sit « valde immunda: in quo graviter pec- « cari potest. Suarez, Laymann, Tambu- « riinus³ ».

In cap. *Relinqui, de custod. Euch.*, sic habetur: *Praecipimus... ut oratoria, vasa, corporalia et vestimenta... munda et nitida conserventur.* Notat autem Tamburinius⁴ ex Suarez, illud *valde sive enormiter immunda* difficulter evenire. — Uti vero corporali et aliis paramentis non enormiter immundis esset tantum veniale, immo nullum peccatum, si alia haberit non possint; ut Croix⁵ cum Suarez⁶ et Gobat. Additque [Contin.] Tournely⁷, non peccare qui uteretur corporali etiam notabiliter immundo in necessitate, nempe si ipse vel alii deberent alias omittere Sacrum de pracepto.

Uti vestibus sacris etiam attritis, ad usus profanos⁸ est mortale; ut dicunt Suarez⁹, Sporer¹⁰ et Wigandt¹¹, ex can. 39 et 43, de consecr., dist. 1. — Veste tamen sacrae in usibus profanis adhibitae non

Suar., disp. 81, sect. 8, v. *Sed quaeres.* — *Palaus*, tr. 8, disp. 1, punct. 6, n. 26. — ¹ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 2, § 4, n. 1. — ² Loc. cit., cap. 3, § 1, n. 1. — *Suar.*, disp. 81, sect. 6, v. *Ultima pars.* — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 15. — ³ Loc. cit., cap. 3, § 1, n. 1. — ⁴ Loc. cit. — *Suar.*, loc. cit., sect. 6. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 336. — *Gobat*, tr. 3, n. 381. — ⁶ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 11, resp. 5. — ⁷ Disp. 81, sect. 8, v. *Ultimo pertinet*, et v. *Quarto addendum.* — ⁸ Part. 2, cap. 6, n. 414. — ⁹ Tr. 15, n. 62. — ¹⁰ Loc. cit., n. 414. — ¹¹ Is est *Wigandt*

n. 5, in com., lit. z, probabile esse ait celeb- « brare absque manipulo benedicto, praesertim ex causa, non esse mortale, quia est materia levius. Et litt. b, in com., de benedictione cinguli scribit: « Revera est materia levius ».

^{c)} Suarez, quidquid dicat Croix, non habet, sect. 6, conditionem: si alia haberit non possint.

^{d)} Suarez et Sporer dicunt vix posse a mortali excusari, si adhibeantur ad profanam repraesentationem vel ludum seu comediam.

^{e)} Wigandt, loc. cit., hoc plane omittit.

^{f)} Calmet, *Dictionar. histor. S. Script.*, v. *Penula*, scribit: « Penula forma fere veteres casulas referebat, quibus nullis manicis instructis, et in superiori tantum parte aper- tis, totum corpus ambiebatur ».

377. — ^{a)} Canon iste dicit solum: « Vestimenta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, et sacra debent esse et honesta, quibus aliis in usibus non debent frui quam in ecclesiasticis et Deo dignis officiis ».

mittunt benedictionem. Sporer¹⁰ et Wigandt¹¹.

Censuit Walafridus¹², prius temporibus Missas lectas fuisse a sacerdotibus in communi indumento: et Honorius¹³ fert S. Clementem usum sacrarum vestium decreuisse. — Sed Baronius, Raynaud, Bona, Waldensis, etc., apud Benedictum XIV¹⁴, sentiunt etiam Apostolos usos fuisse peculiaribus vestibus in sacrificio; atque ex hujusmodi vestibus putant ibid. — Calmet¹⁵, Visconti, etc., fuisse *penulam*, quam memorat D. Paulus (II Tim. iv, 13).

377. — Certum est autem apud omnes, mortale peccatum esse celebrare sine ullis vestibus sacris¹⁶, ex can. *Vestimenta, de consecr., dist. 1*, et praesertim procul dubio sine casula vel alba. (*Vide dicta n. 289*).

Sed dubitatur 1º. *An peccet mortaliter celebrans sine stola aut manipulo, aut cingulo?* — Negant Paludanus¹⁷, Silvester¹⁸, Henriquez¹⁹ ac Richardus, apud Escobar²⁰ (quid id probabile vocat); quia censemunt hanc non esse gravem materiam.

Sed loquendo de *stola et manipulo*, verius affirmandum cum communi sen-

Quibus
vestibus u-
tebantur
primi sa-
cerdotes.

Vel cum
illis non be-
nedictis.

Excusat
gravis ne-
cessitas.

Celeb-
rare
sine ulla
veste sacra,
lethal.

Item, sine
stola et ma-
nipulo;

Strabo, de *Rebus ecclesiast.*, cap. 24; Migne, *Patrol. lat.*, tom. 114, col. 952. — ¹² Is est *Honorius Augustodun.*, *Gemma animae*, lib. 1, cap. 89; Migne, *Patrol. lat.*, tom. 172, col. 573. — *Baron.*, *Annal. eccl.*, anno 58, n. 68 et 69. — *Raynaud*, *de Prima Missa*, sect. 2, cap. 3, v. *Adhibitam esse et seq.* — *Bona*, *Rerum liturgic.* lib. 1, cap. 24, n. 1. — *Walden*, tom. 2 de *Sacramental.*, cap. 29, n. 7. — ¹³ *Notif.* 21 (al. 20), n. 4. — ¹⁴ *Bened. XIV*, loc. cit., n. 6. — *Visconti*, de *Missae apparatu*, lib. 2, cap. 28 et 29. — *Richard. a Mediavil.*, in 4, dist. 13, art. 3, qu. 4. — ¹⁵ Lib. 21, n. 483.

^{b)} Paludanus, quamvis hic ab Escobar pro manipulo et cingulo citetur, scribit, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 6, concl. 2, num. 22: « Missa sine sacratis vestibus non debet celebri..., specialiter sine manipulo et stola...». Et idem est de alba, amictu et cingulo et casula, quia ista sex benedicuntur. Unde videatur de necessitate praecetti ». Et dist. 24, qu. 5, art. 1, concl. 8, de stola dicit: « Sine qua qui celebrat... graviter excedit ».

^{c)} Silvester perperam ab Escobar citatur; nam, v. *Miss. I*, qu. 2, § *Tertium*, oppositum expresse tenet; inter cetera enim requisita ad celebrationem ponit vestes sacras, quae « sunt sex, scilicet, amictus, alba, cingulum,... manipulum, stola, planeta »; de quibus omnibus dicit: « Si sacerdos celebrando scienter omitteret aliquid praedictorum, peccaret mortaliter ».

^{d)} De Henriquez vide notam b ad num. praeced.

tentia, quam tenent Suarez, Filiuccius¹, Laymann², Bonacina³, Tamburinius⁴, Diana⁵; et Escobar⁶ cum Vasquez. Ratio, quia, deficiente alterutra istarum vestium, quae communiter majores aestimantur, deficit cultus sacrificio debitus.

— Idem dicendum cum eisdem auctoribus de celebrante cum stola vel manipulo *non benedicto*. Probabiliter tamen excusat gravis necessitas; ut docent Laymann⁶ et Filiuccius⁷, Roncaglia⁸, Wigandt⁹; et Elbel¹⁰ cum Sporer et Rodriguez.

Idem quod de stola et manipulo censem de *cingulo* Filiuccius¹⁰, Suarez¹¹, Navarrus¹²; item Vasquez, Villalobos, Molfesius¹³, etc., apud Diana¹². — Sed probabiliter negant esse mortale sine cingulo celebrare, vel non benedicto, Roncaglia¹³, Silvester¹⁴, Sà¹⁴; et probable putant Lugo¹⁵, Salmant.¹⁶; et Diana¹⁶ cum Scoto, Paludano¹⁷, Henriquez, Fagundez et Richardo. Et idem sentit Croix¹⁷ cum Pasqualigo de celebrante sine *amictu*, saltem pro eis qui illo non utuntur ad tegendum caput, sed tantum humeros. —

Suar., disp. 82, sect. 3. — ¹ Tr. 5, cap. 5, n. 147 et seqq. — ² De Euch., qu. ult., punct. 9, n. 28. — ³ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 3, § 1, n. 3. — ⁴ Part. 2, tr. 14, resol. 57. — ⁵ Lib. 21, num. 485. — *Vasq.*, disp. 233, cap. 4, num. 38. — ⁶ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17. — ⁷ Loc. cit., n. 149. — ⁸ Tr. 15, n. 62. — ⁹ Confer. 20, de Altari, etc., n. 260. — *Sporer*, part. 2, cap. 6, n. 409. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 247, num. 24, concl. 23. — ¹⁰ Tr. 5, cap. 5, num. 147 et seqq. — ¹¹ Disp. 82, sect. 3. — *Vasq.*, disp. 233, cap. 4, num. 38. — ¹² *Villal.*, part. 1, tr. 8, diff. 28, num. 6 et 8. — ¹³ Part. 2, tr. 14, resol. 68. — ¹⁴ De Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 3. — ¹⁵ V. *Missa*, num. 10. — ¹⁶ De Euch., disp. 20, num. 102. — ¹⁷ Part. 2, tr. 14, resol. 68. — *Scots*, in 4, dist. 13, qu. 2, n. 9. — *Henrig.*, lib. 9, cap. 29, n. 5, v. f. — *Fagund.*, de 1º praecl. Eccl., lib. 3, cap. 23, n. 12 et 17. — *Richard. a Mediavil.*, in 4, dist. 13, art. 3, qu. 4, v. f. — ¹⁸ Lib. 6, part. 2, num. 327. — *Pasqual.*, qu. 810, num. 11. —

^{e)} Laymann lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17, dicit posse celebrari sine stola aut manipulo vel cingulo benedicto, si magna sit necessitas, utputa quia frequens populus dimitti non posset sine scandalo ac murmurare; si vero non sit tanta necessitas, quamvis adesset praecipuum Ecclesiae celebrandi, « praestat tamen intermittere, si stola, manipulus... haberi non possit ».

^{f)} Roncaglia, de *Sacrif. Miss.*, cap. 6, qu. 3, affert tantum sententiam Tamburini.

^{g)} Navarrus, *Man.*, cap. 25, n. 84, requirit ut cingulum sit benedictum; sed non dicit sub quanam obligatione. — Itemque Molfesius, part. 1, tr. 3, cap. 12, n. 31.

^{h)} De Silvestro vide notam c hic supra.

Causa ra-
tionabilis
excusat.

Celeb-
rare
sine ulla
veste sacra
ex metu
mortis:

Licetum,
modo absit
contemptus:
et juxta
alios.

Juxta
rem alios-
que, illici-
tum.

ⁱ⁾ Salmant., tr. 5, cap. 4, n. 92, appro-
bant sententiam, quae excusat eum qui in
necessitatibus casu sine cingulo vel cum cin-
gulo non benedicto celebraret.

^{j)} De Paludano vide notam b hic supra.

^{k)} Pasqualigo, quidquid falso dicat Croix,
revera tenet secundam sententiam, cui adhae-
ret S. Alphonsus. Scribit enim, qu. 813, n. 5: « Neque ad evitandum periculum mortis aut quocumque damnum gravissimum, licere celeb-
rare absque omni ueste sacerdotali, cum solo uestitu communi ». At qu. 701, quam
citat Croix, dicit tantum n. 11, licere ob me-
tum mortis celebrare absque... uestibus sa-
cris benedictis ».

^{l)} Marchinus, tr. 3, part. 3, cap. 14, n. 5,

caglia¹, Concina²; item Cajetanus, Nuñez³, Palaus, Filiuccius⁴, etc., apud Croix⁵. — Ratio: tum quia celebrare sine ulla veste sacra vix potest accidere sine contemptu, ut fatentur ipsimet Laymann et Escobar (unde ait Croix⁶) cum Aversa⁷, contrariam sententiam in praxi vix esse probabilem); tum quia id non potest fieri sine scandalo, aut saltem sine magna irreverentia: quapropter hic subintrat praeceptum naturale reverentiae in quocumque casu debitae sacrificio, a quo praecepto metus mortis non excusat.

Utrum autem ob talem metum liceat aliquando celebrare sine aliqua ex vestibus etiam ex majoribus, puta stola vel manipulo? Non improbabiliter, secluso contemptu, affirmanit Roncaglia⁸, et Tamburinius⁹ cum Fagundez¹⁰, favetque Suarez¹¹: quia haec non videtur esse tanta irreverentia, ut celebratio coherestari non possit ob metum mortis. Vide mox dicta n. 377, v. Dubit. 1.

378. — Dubitatur 3^o. *An praelati regulares possint sacras vestes benedicere?*

Certum est apud omnes posse pro suis ecclesiis, ex pluribus privilegiis eis-

¹ De Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 1, resp. 3. — ² De Sacrif. Miss., cap. 9, n. 13 et 15. — ³ Cajetan., in 1^o 2^o, qu. 96, art. 4. — ⁴ Palaus, tr. 2, disp. 1, punct. 13, n. 9. — ⁵ Lib. 6, part. 2, num. 339. — ⁶ Laym., lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 17. — ⁷ Escob., lib. 21, n. 486. — ⁸ De Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 1, resp. 3. — ⁹ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 3, § 1, n. 6. — ¹⁰ De 1^o praecc. Eccl., lib. 3, cap. 28, num. 17. — ¹¹ Disp. 82, sect. 3. — ¹² Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 3, § 2, n. 5. — ¹³ Innoc. VII, in compend. Privilegior. S. J., v. Benedicere, § 3. — ¹⁴ Leo X, bulla Religionis honestas, 3 Febr.

negat posse fieri etiam in casu necessitatis gravis, ut esset necessitas communicandi infirmum morti proximum.

¹¹ Nuñez, in qu. 83, art. 3, dub. 3, concl. 2, non loquitur de praesenti casu, sed de altari non consecrato, de quo disputat simul Croix.

¹² Filiuccius, quamvis pro secunda sententia citetur a Croix, videtur tamen potius priori adhaerere, dum, tr. 5, cap. 5, n. 149, scribit: « Sine omnibus in nullo casu licet, etiam ob periculum mortis, si saltem adjungatur contemptus fidei ».

¹³ Seu rectius: Croix, loc. cit., dicit: « Casum in praxi vix habere locum, quia vix aberrit contemptus fidei vel religiosis ». — Aversa pariter, qu. 11, sect. 13, v. Sed dubium est: « Vix posse, inquit, talem coactionem contin-

dem concessis. — Nam (ut refert Tamburinius¹⁴) Innocentius VIII id concessit vivae vocis oraculo Congregationi S. Justinae de Padua, et consequenter alias communicantibus. Item Leo X, per bullam hoc privilegium impertivit Fratribus Minoribus pro suo usu tantum; illudque confirmavit Sixtus IV¹⁵, exceptis corporibus. Sed Alexander VII, die 27 Sept. 1659, ut fert Benedictus XIV¹⁶, per decretum quod incipit: *Sacrorum Rituum*, indefinite praebuit facultatem abbatibus benedici ecclesiasticam supellectilem, dumtaxat pro suis ecclesiis.

Dubium autem vertit inter doctores: *An praelati regulares possint etiam benedicere pro alienis ecclesiis?*

Prima sententia negat; et hanc tenent [Contin.] Tournely¹⁷ cum Barbosa; Gavantus¹⁸, Merati¹⁹ et Benedictus XIV²⁰, ex decreto S. C. Rituum die 24 Aug. 1609 (apud Gavantum), ubi dictum fuit: *Superiores regularium neque abbates posse benedicere paramenta ecclesiarum non sibi subditarum.* — Secunda vero sententia affirmat; eamque tenent Salmant.²¹, Holzmann²² cum Anacleto et Elbel²³, ex privilegio enuntiato Innocentii VIII. Idem

1514, in Bullar. Rodriguez. — ¹⁷ Notif. 21 (al. 20), num. 19. Habetur etiam inter Decreta authent. S. R. C., num. 1131, § 18. — ¹⁸ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 12, dico 3, v. Porro. — ¹⁹ Barbosa, de Offic. et Potest. episc., alleg. 27, n. 44. — ²⁰ Part. 4, tit. 19, n. 22. — ²¹ Part. 4, tit. 19, Nov. Observ., n. 25. — ²² Loc. cit., n. 14 et 19. — ²³ Gavant., loc. cit., n. 22. Cfr. etiam simile decret. de die 18 Aug. 1629, inter Decr. auth., num. 518; et aliud de die 13 Mart. 1632, Decret. auth., n. 587. — ²⁴ Tr. 5, cap. 4, n. 83. — ²⁵ De Euch., n. 374. — ²⁶ Anac., Jus can., lib. 3, tit. 40, n. 52.

gere nisi in contemptum Ecclesiae, et ideo absolute dici id non licere».

378. — ^{a)} Recte: Leo X confirmavit privilegium istud Sixti IV. Sed non levius contradicito inter oraculum vivae vocis intercedit et bullam Leonis X; dum enim in oraculo vivae vocis Sixti IV, n. 12, apud Rodriguez, excludunt corporalia, Leo X contra asserit concessum esse a Sixto IV privilegium beneficendi paramenta et ornamenti ecclesiastica ac corporalia, ac alia in quibus chrisma non intervenit. Et ipse confirmat privilegium praelatis ordinis Minorum, sic dicens: Ut paramenta et ornamenti ac alia quaecumque ad divinum cultum et usum vestrum necessaria, in quibus chrisma non intervenit pro vestro usu tantum solemnni benedictione benedicere possitis.

^{b)} Elbel, confer. 20, de Altari, etc., n. 261,

Praelati regulares pro suis ecclesis possunt benedicere vestes sacras.

Sententia negans, omnino tenenda.

Pro alienis, juxta alios non possunt.

Juxta alios, possunt.

que censem Tamburinius¹ cum Marchino, et Tamburinius² pro omnibus regularibus (ut ait) exceptis tantum superioribus Societatis et Fratrum Minorum, quibus a Leone X (ut supra) privilegium restriatum fuit. Nec obstat ait Tamburinius decretum S. Congregationis; quia constat de privilegio, non vero de ejus revocatione.

Sed hoc non obstante, omnino tenenda est prima sententia, ex decreto piaefato Alexandri VII (quod referunt Merati³ et noster Papa Benedictus⁴), in quo sanctum fuit: *Praelati inferiores episcopis qui pontificalium usu fruuntur, ecclesiasticam supellectilem pro servitio dumtaxat suarum ecclesiarum vel monasteriorum benedicant.* Pariter ibi declaratum fuit: *Reliqua pontificalia extra loca ipsis abbatibus subiecta, vel pro servitio alienae ecclesiae, aut in subditos pariter alienos, etiam de licentia Ordinariorum, exercere non valeant: puta campanarum benedictiones, calicum et similium, in quibus sacra adhibetur unctione, necnon minorum ordinum collationes.* — At quia praedicti praelati recurrebant ad privilegia pro benedicendi paramentis etiam aliarum ecclesiarum, S. Congregatio habita coram eodem Alexandro VII⁵ die 20 Julii 1660, mandavit exhiberi indultum authenticum..., et interim abstinere. Sed hoc indultum nunquam deinde exhibitum fuit⁶.

Dubitatur 4^o. *An episcopi possint aliis delegare facultatem benedicendi sacra paramenta?*

Negant Tamburinius⁷; et Gavantus⁸ cum Tabiena ac Ugolino. Et Aversa apud

¹ Is est Thomas Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 3, § 2, n. 7. — ² Marchin., tr. 3, part. 3, cap. 12, n. 3. — ³ Ascan. Tambur., de Jure abbat., tom. 1, disp. 22, qu. 2. — ⁴ Thom. Tambur., loc. cit. — ⁵ Series decretor., n. 355. — ⁶ Notif. 21 (al. 20), n. 19 et 14. Habetur etiam in Decret. authent., n. 1131, ad cap. 18 et 19. — ⁷ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 3, § 2, n. 4. — ⁸ Part. 4, tit. 19, n. 23. — ⁹ Tabiena, v. Abbas, num. 12. — ¹⁰ Ugolin., de Potest. etc. episc., cap. 32, n. 5. — ¹¹ Aversa, qu. 11, sect. 13, v. Sexto. — ¹² Lib. 6, part. 2, num. 253. — ¹³ Lucubrat. juris canon., tom. 2, lib. 5, tit. 33, num. 18. — ¹⁴ Formular., tom. 4, suppl. ad 1 tom., num. 2. — ¹⁵ Jus canon., lib. 1, tit. 29, num. 54. — ¹⁶ Gavant., part. 4, tit. 19, num. 23. — ¹⁷ Notif. 21 (al. 20), n. 10. — ¹⁸ Rubr. gener., tit. 18, n. 1.

id plane insinuat, scribens sine ulla distinctione aut restrictione: « Porro vestes sacerdotales... debent esse benedictae ab episcopo, vel alio habente speciale privilegium; quale habent superiores regulares in ordine ad benedicenda illa paramenta ecclesiastica, vel etiam vasa quae non indigent unctione chrysatis».

^{c)} Seu melius: Declaratio S. C. relata fuit

Croix⁷ afferit de hoc decretum S. C. Rituum, die 14 Nov. 1615, ubi dictum fuit: *Nec episcopus potest absque licentia hanc benedictionem aliis delegare.* — Ratio, quia haec benedictio est de potestate Ordinis; unde ab episcopo non potest delegari sicut delegari potest potestas jurisdictionis.

Sed contradicit Nicolius⁸, dicens 1^o. Quod de hoc decreto non constat authentice. 2^o. Quod tale decretum non est usu receptum; praesertim Romae, ubi Rev. D. Vicesgerens passim auctoritate ordinaria quibusvis sacerdotibus hanc delegat facultatem. 3^o. Quod haec benedictio non est Ordinis episcopal, sed sacerdotalis; et ideo bene potest ab episcopo delegari.

— Addit Monacelli⁹ cum Pirhing¹⁰, episcopos rite posse delegare ea quae ipsis competunt ex privilegio speciali ratione dignitatis; cum enim facultas officio sit annexa, transit in jurisdictionem ordinariam.

His tamen non obstantibus, huic opinioni non acquiesco^{d)}; cum nullibi audierim episcopos hujusmodi facultatem aliis delegasse. Immo (ut refert Gavantus) plurimi episcopi illam a S. Congregatione curarunt obtinere: et Benedictus XIV, cum erat archiepiscopus Bononiae, hanc facultatem ad quinquennium obtinuit, ut ipse testatur¹¹.

Dubitatur 5^o. *An color vestium sit de praecepto?* — (In rubrica Missalis¹² de colore sic habetur: *Paramenta altaris, celebrantis et ministrorum debent esse coloris convenientis Officio et Missae diei, secundum usum Romanae Ecclesiae.*)

Rubrica de colore vestium.

Alexandro VII, qui eam approbavit, ut habetur in *Decr. authent. S. R. C., n. 1163*. Sed ignoramus, inquit Benedictus XIV, *Notif. 21, (al. 20), n. 19*, an tale indultum unquam exhibitus fuerit.

^{d)} Et recte quidem S. Alphonsus huic opinioni acquiescere renuit, cum S. R. C., die 16 Maii 1744, ad dubium: « An... episcopus, utendo ordinaria facultate, possit aliis in di-

Juxta alios, facultas benedicti delegandi nequit ab episcopo.

Juxta paucos, potest delegari.

Alii negant
esse praec-
cipitum.

Probabilius
est praec-
cipita, sed
per se sub
levi.

Excusat
quaeviis ra-
tionabilis
causa.

Quid de co-
lore flavo.

Negant Tamburinius¹, Quarti²; Diana³ cum Homobono; item Suarez et Aversa, apud Croix⁴; quia (ut dicunt) rubrica hoc prescribens est tantum directiva. — Sed contradicunt Sporer⁵ et Quartii⁶. Et hoc puto probabilius: juxta nostram sententiam (adducendam num. 399, v. Quarta), nempe quod omnes rubricae tractantes de rebus quae Missam concomitantur sint praceptivae. Eo magis, quia rubrica dicit sic usum esse Ecclesiae Romanae.

Bene tamen censem Sporer et Quartii hanc rubricam non obligare sub gravi: nisi scandalum adsit, puta si in die Paschatis (ut ait Sporer), vel in quacumque Missa festiva (ut ait Roncaglia⁸) celebretur vestibus nigris. — Addit Sporer satius esse quocumque die facere Sacrum in quolibet colore quam illud omittere; hinc recte dicit a fortiori excusare omnem rationabilem causam, ut si concursui sacerdotum non sufficerent vestes debiti coloris.

Putant autem Quartii⁷ et Merati⁸ (contra Turrinum) quod color croceus sive

¹ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 3, § 1, num. 1. — ² Part. 1, tit. 18, dub. 1. — ³ Part. 2, tr. 14, resol. 57, v. Nota vero. — ⁴ Homob., Exam. eccl., tr. 4, cap. 15, qu. 144, i. f. — ⁵ Suar., disp. 82, sect. 2, v. Secundo est. — ⁶ Aversa, qu. 11, sect. 13, § Quarto, v. Rursus in casu. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 340. — ⁸ Part. 2, cap. 6, n. 418. — Sporer, loc. cit. — Quarti, loc. cit. — Sporer, loc. cit. — ⁹ De Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 1, resp. 2. — Sporer, loc. cit. — ¹⁰ Loc. cit., dub. 2. — ¹¹ Part. 1, tit. 18, Nov. Observ., n. 1. — Turrin., Director.

flavus aequivalet omni colori; quia omnes ad illum concurrunt^f.

379. — « IV^o. Sub mortali requiritur « CALIX et PATENA consecrata. Si tamen « in nondum consecratis aliquis bona, « immo addunt Bordoni et Tamburinius, « mala fide' celebrasset (licet sic cele- « brando peccasset mortaliter), probabile « esse quod hoc ipso censeantur conse- « crata, liceatque in iis celebrare, contra « card. de Lugo et Laymann^a, docet « Diana^b ex aliis octo. — Idemque de « sacris vestibus, item de corporali; pyxi- « de etc., quae immediate tangunt species, « censem Tamburinius^c ».

380. — Quaeritur 1^o. An calices et alia remaneant benedicta, si quis in illis sacrificet nondum benedictis?

Prima sententia communior negat, quam tenent Croix¹¹; et Salmant.¹² cum Lugo, Laymann^a, Azor^b, etc. Et hanc probabilem^c vocat Tamburinius¹³. — Ratio (ut ait Tamburinius), quia licet per contactum specierum sacrarum res consecrarentur, ut indicat S. Augustinus (apud

sacrificant., part. 1, sect. 4, cap. 4, v. f. — ¹¹ Bordoni., part. 2, resol. 83, n. 5. — ¹² Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 1, § 4, num. 2. — ¹³ Lugo, de Euch., disp. 20, num. 92. — ^a Part. 2, tract. 14, n. 69; part. 5, tract. 13, resol. 60; part. 9, tr. 7, resol. 18. — ^b Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 1, § 4, num. 3 et 4. — ^c Lib. 6, part. 2, num. 352. — ¹⁴ Tr. 5, cap. 4, num. 96 et 98. — ^d Lugo, disp. 20, num. 92. — ^e Loc. cit., n. 1. — ^f S. August., in psalm. 118, serm. 2, n. 6; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 37, col. 1484.

Requiritur
sub mortali
calix et pa-
tena conse-
crata.

Juxta a-
lios, rema-
nent bene-
dicta, sicut
et vestes.

Vasa sacra
non rema-
nent bene-
dicta ex usu
juxta alios.

Sententia
negans, te-
nenda..

Tamburinius): *Vasa... ipso ministerio con-secrata, sancta dicuntur*: attamen aliud est rem sacrari, aliud ad sacrificium deputari, quod oportet, quodque tantum fit per benedictionem.

Secunda vero sententia cum Diana, Coninck, Peyrino ac aliis, apud Tamburinius¹ (quam ipse pariter vocat probabilem), affirmat illa remanere benedicta, quia per contactum specierum jam aequivalenter, immo eminenter, talis deputatio habetur; et hoc evenire ait Tamburinius² cum Sà^d, tam si bona fide quam si mala fide celebretur.

Et idem probabile esse etiam pro vestibus sacris et ornamenti altaris ait Tamburinius³ cum Gavanto et Diana; cum haec ab ipso ministerio sacro consecrationem recipient.

His non obstantibus, recte putant Salmant.⁴ nullo modo recedendum a prima sententia, dum asserit Lugo^e contrarium merito communiter rejici a Laymann^e, Navarro^e, Azor^e, etc. Ratio, quia nec etiam est certum, immo omnino negatur, quod per contactum sacramenti res remaneant consecratae: prout pavimentum, si ibi decidat sacramentum, nullo modo remanet sacramatum. — Quare secunda sententia non satis tuta appetet, ut bene ait Escobar^f: dum saltem videtur esse dubiae probabilitatis^f.

An vero liceat celebrare cum calice non

Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 1, § 4, num. 1, i. f. — ¹ Diana, part. 5, tr. 13, resol. 60. — ² Coninck, qu. 66, n. 15. — ³ Loc. cit., n. 1. — ⁴ Loc. cit., n. 2. — ⁵ Loc. cit., n. 4. — ⁶ Gavant., part. 4, tit. 19, n. 21. — ⁷ Diana, part. 2, num. 403. — ⁸ Loc. cit., n. 360. — ⁹ Tract. 22, punct. 10, n. 13. — ¹⁰ Suar., disp. 81, sect. 8. — ¹¹ Fill., tr. 5, cap. 4, n. 185.

^a Sà, v. Ecclesia, n. 19, loquitur de ecclesia violata, quod non advertit Tamburinius.

^b Lugo, loc. cit., n. 92, refellit argumentum quo nittitur sententia quae affirmat hoc modo calicem consecrari; nimurum, quod ecclesia violata reconcilietur per celebrationem bona fide in eadem peractam. Deinde concludit Lugo: « Unde merito illam doctrinam rejiciunt omnes alii. Navarrus et Azor, quos refert et sequitur Laymann ». Sed Laymann, ut notavimus nota a ad n. 379, de sola ecclesia violata loquitur; Azor vero, part. 1, lib. 10, cap. 26, qu. 15; et Navarrus, Man., cap. 27, n. 256, silent de dicto reconciliationis modo per solam celebrationem.

^c Et sane S. R. C. declaravit paramenta pro Missae sacrificio nondum benedicta, quamvis bona fide jam exhibita fuerint, benedicenda esse. *Decreta authent.*, num. 3162, ad 7.

^d 381. — ^a Immo etiam Ascanius Tamburinius, *de Jure abbatum*, tom. 1, disp. 23, qu. 13, dicit abbates exercentes pontificalia posse indumenta etiam pro alienis ecclesiis benedicere.

^e 382. — ^a Ochagavia, *de Euch.*, tr. 3, qu. ult., concl. 2, id perspicue significat, scribens: « Sacerdos vel laicus, etiamsi continent hoc sacramentum, non delinquunt mortaliter, etiamsi in statu peccati mortalis illud contingant ».

Abbates
pro suis
tantum ec-
clesiis be-
nedicunt
vasa sacra
et vestes.

Affirmant Sotus, Henriquez ^{b)} et Fagundez ^{c)}, apud Croix ¹.

Et perquam fuse id defendit Tamburinius ² cum Soto, Bartholomaeo ab Angelo et Sa ³, qui sic ait: *Sacra tangi a laicis sine contemptu, aut nullum peccatum est, aut levissimum*.

Sed communissima et verior sententia negat, quam tenent Suarez ⁴, Bonacina ⁵, Laymann ⁶, [Contin.] Tournely ⁷, Holzmann ⁸, Habert ⁹, Salmant. ¹⁰, Antoine ¹¹; et Palaus ¹² cum Vasquez, Sanchez et Coninck.

Hi docent laicos tangentes sacra vasa peccare; sed non plus quam venialiter, cum non reputetur haec materia gravis; et minime, si adsit rationabilis causa, secluso scandalo et contemptu. Et probant ex can. *In sancta, de consecr., dist. 1*, ubi dicitur: *Indignum... valde est, ut sacra Domini vasa, quaecumque sint, humanis usibus serviant: aut ab aliis (nota) quam a Domino famulantibus, eique dicatis tractentur viris*. Pro hujusmodi autem sacratis viris intelliguntur non solum diaconi et subdiaconi, sed etiam acolythi; ut patet ex can. *Non liceat, dist. 23*, ubi: *Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi*

^{a)} *Sotus*, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 3. - ¹ *Lib. 6*, part. 2, n. 358. - ² *Method. celeb. Miss.*, lib. 1, cap. 2, § 1, n. 12. - *Sotus*, loc. cit., v. *Sed circa hoc quereritur*. - *Bartholom.*, Exam. confessar., dialog. 5, num. 321. - ³ *V. Sacra*, num. 3. - ⁴ *Disp. 81*, sect. 8, v. *Deinde*. - ⁵ *De Euch.*, qu. ult., punct. 9, num. 21. - ⁶ *Lib. 5*, tr. 5, cap. 6, num. 19. - ⁷ *De Sacrifici. Miss.*, cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 8. - ⁸ *De Euch.*, n. 875. - ⁹ *De Euch.*, part. 2, cap. 18, qu. 2. - ¹⁰ *Tr. 21*, cap. 10, n. 127. - ¹¹ *De Euch.*, cap. 3, qu. 6, n. 10. - ¹² *Tr. 22*, punct. 10, n. 13. - *Vasq.*, disp. 233, cap. 4, n. 37. - *Sanch.*, *Decal.*, lib. 2, cap. 43, num. 27. - *Coninck*, qu. 83, num. 249. - ¹³ *Method. celeb. Miss.*, lib. 1, cap. 2, § 1, n. 9. - *Quarti*, part. 2, tit. 1, sect. 2, dub. 6. - ¹⁴ *Notif. 34*, num. 18. - *Pasqual.*, qu. 887, n. 7 et 8. - *Sixtus IV*, ap. *Confetti*, n. 9, *Beatissime Pater*. - ¹⁵ *Tr. 21*, cap. 10, n. 180 et 181. - ¹⁶ *Loc. cit.*, n. 182.

subdiacono aut acolytho in secretario vasa dominica.

Insuper nunc possunt etiam ea tangere tonsurati, ex consuetudine introducta; ut dicunt Suarez ⁴, Tamburinius ¹⁸, Croix ^{c)} cum Quartii, etc.; et idem docet Benedictus XIV ¹⁴ cum Pasqualigo. — Id quoque concessum est laicis regularibus sacristis; ex privilegio Calixti III ^{f)} et Sixti IV, apud Salmant. ¹⁵. Necnon monachis sacristis; ex communicatione privilegiorum. Salmant. ¹⁶. — Et hodie potest dici, ex consuetudine hoc licere etiam laicis oblati Congregationum sacerdotum saecularium sacristis, et omnibus qui in habitu clericali ecclesiis inserviunt; hi enim in ecclesia muneribus clericorum funguntur. Saltem, dico, hos a culpa excusari; quia dum officium sacristae exercit, semper adest aliqualis necessitas sacra vasa tangendi.

Et idem quod dictum est de tactu sacerorum vasorum, dicendum est de tactu corporalium; ut ait Merati ^{g)} cum Quartii ^{g)}, Pasqualigo ^{g)} et communi.

Minime autem peccant laici tangentes vestes sacras aut alia non immediate attingentia Corpus et Sanguinem Christi;

Idem est de corporalibus.

Laici liceite tangunt sacras vestes.

Materia

*pyxide cete-
risque vasis
praeter ca-
licem et pa-
tenam.*

ut Palaus ¹, Suarez ², Coninck ^{h)}, Laymann ³ et alii, ut supra: ex sententia (ut bene ait Palaus) in praxi recepta. — Nec obstat textus in can. *Altaris et can. Vestimenta, de consecr., dist. 1*, ubi hoc videtur vetitum. Nam dicit Suarez, nullum ibi de hoc esse praeceptum; vel saltem, inquit Suarez cum Glossa in can. *Nemo, de consecr., dist. 1*, v. *Et vela*, quod, si ibi aliquod adest praeceptum, hoc usu est abrogatum.

383. — « Ac licet decens sit, ut etiam « pyxis sive ciborium, et luna seu sphæ- « rula hierothecae, et quodcumque vas « continens et immediate tangens Eucha- « ristiam, ut etiam (secundum Laymann ⁴) « vasculum chrisma continens, benedica- « tur (benedicere autem, praeter ea in « quibus unctio adhibetur, potest idem qui « caetera ornamenta), cum in Rituali Ro- « mano propria sit pyxidis benedictio; id « tamen necesse esse negant Suarez, Hur- « tadus ^{a)}, Lugo, Tamburinius ⁵: nec esse « necesse imponere pyxidi vas lineum be- « nedictum benedictione corporalis.

« Porro calix et patena confecta esse « debent ex auro, argento vel stanno, « saltem quoad cuppam (admittunt etiam « aliqui ex plumbbo); sed non ex aere. « Can. *Ut calix, de consecr., dist. 1* ». [Vide

¹ *Tr. 22*, punct. 10, n. 13. — ² *Disp. 81*, sect. 8, v. *Tertium*. — ³ *Lib. 5*, tr. 5, cap. 6, n. 20. — *Palaus*, loc. cit. — *Suar.*, loc. cit. — ⁴ *Lib. 5*, tr. 5, cap. 6, n. 22. — *Suar.*, disp. 81, sect. 7, v. *Tertio obiter*. — *Lugo*, disp. 20, n. 96. — ⁵ *Method. celeb. Miss.*, lib. 1, cap. 1, § 6, n. 1. — ⁶ *Loc. cit.*, § 1, n. 3. — *Henrig.*, lib. 9, cap. 28, num. 2. — *Fagund.*, de 1^o praec. Eccles., lib. 3, cap. 21, n. 18. — *Granad.*, in 3 P., controv. 6, de Euch., tr. 14, disp. 12, n. 3. — ⁷ *Loc. cit.*,

*Pyxis ve-
rius non est
consecra-
da.*

384. — Dubitatur 1^o. *An pyxis debeat consecrari?*

Affirmat Trullench ^{a)}, apud Croix ⁸. — Sed verius et communiter negant Laymann ⁹, Bonacina ¹⁰, [Contin.] Tournely ¹¹, Roncaglia ¹²; et Croix ¹³ cum Gavanto, Pasqualigo et aliis passim. Ratio, quia in Pontificali Romano tantum habetur benedictio de pyxide, nulla autem ibi mentio fit de unctione chrismatis. Item in Rituali Romano benedictio pyxidis adnotatur inter eas quae non indigent unctione chris- matis.

385. — Dubitatur 2^o. *An pyxis debeat saltem benedici de praecipto?*

Prima sententia affirmit. Et hanc te- nent [Contin.] Tournely ¹⁴ cum Silvio; Sal- mant. ¹⁵ cum Gavanto ^{a)} et Reginaldo. Item

*Juxta alios,
de praecip-
to benedi-
cenda.*

⁸ Lib. 6, part. 2, num. 348. — ⁹ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 22. — ¹⁰ De Euch., qu. ult., punct. 9, n. 23. — ¹¹ De Sacrifici. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 7. — ¹² De Sacrifici. Miss., cap. 6, qu. 4. — ¹³ Lib. 6, part. 2, n. 348. — *Gavant.*, part. 2, tit. 2, n. 3, lit. p. — *Pasqual.*, qu. 778, num. 1. — ¹⁴ Loc. cit., qu. 7. — *Silvius*, qu. 88, art. 3, qu. 6, v. *Quaeritur* 5. — ¹⁵ Tr. 5, cap. 4, n. 99. — *Regin.*, lib. 29, n. 201.

383. — *Coninck*, qu. 83, num. 249, de hoc silet.

383. — ^{a)} Gaspar Hurtadus, quidquid dicat Busenbaum ex Tamburinio, oppositum omnino tenet; nam *disp. 4*, diff. 10, adducit opinionem quae negat pyxidem debere consecrari aut benedici, sed solum id de decentia esse; et hanc sententiam communem appellat, sed concludit: « Alii docent, et merito, debere benedici ».

^{b)} Gavantus, part. 2, tit. 1, n. 1, lit. f, nil aliud habet quam Valentia sanctum ac vene- rationi haber illum ex agatha calicem, « quo dicunt usum fuisse Christum in ultima coena ». Et ita etiam a Tamburinio citatur.

384. — ^{a)} Trullench ita sane a Croix cita- tur; sed per consecrationem non videtur aliud intelligere nisi simplicem benedictionem; dicit

^{b)} Henriquez, lib. 9, cap. 28, n. 3, lit. y, in comment., adducit Sotus sententiam quin de ea judicium proferat; sed in textu, lit. a inferius scribit: « Saecularis tangere non potest, etiam quando calix non continent Sanguinem ».

^{c)} Fagundez, de 1^o praec. Eccl., lib. 3,

cap. 21, n. 28, negat quidem posse laicos tangere corporalia et calices, sed negat etiam esse mortale crita irreverentiam et contemptum ea tangere. Et addit: « Quando doctores asserunt illicitum esse sacros calices..., corporalia et patenas tangere, intelligendi sunt cum contemptu et de tactu immediato, non de eo qui fit mediante aliquo velo serico aut instrumento ».

^{d)} Suarez, loc. cit., revera dicit: « Qui [usus] videtur hoc etiam extendere ad ordinatos tantum in prima tonsura ». Sed continuo subdit: « Quamquam nostra Societas pri-

vilegium habeat, ut nostri laici possint tangere calices, si modo primam habeant tonsuram; quod est signum hoc non simpliciter licere omnibus ».

^{e)} Croix, lib. 6, part. 2, n. 357, id tonsuratis concedit, non obstante contraria, ut ait, consuetudine.

^{f)} Calixtus III, oracul. vivae vocis, n. 3, apud Rodriguez, Bullar. regul., concedit hoc privilegium tangendi vasa sacra laicis regularibus generaliter, non limitans illud ad aeditum dumtaxat.

^{g)} Merati, part. 2, tit. 1, Nov. Observ., n. 16, veniale esse ait si corporalia a laicis tanguntur sine contemptu; immo addit, quamplures negare id esse peccatum si ex causa fiat. Et haec est ipsa sententia quam tenent Quartii, part. 2, tit. 1, sect. 2, dub. 6; et sect. 3, dub. 6; Pasqualigo, de Sacrifici. novae legis, qu. 838, n. 1 et 3.

enim, lib. 3, cap. 8, dub. 17, n. 4, pyxidem consecrari debere, sicut et consecratur calix, patena et corporale. Sed corporale non proprie consecratur, sed solum benedicitur. Et in fine dicit iura quae calicem consecrari praecipiunt, « virtualiter etiam praecipiunt hujus vasculi consecrationem, seu benedictionem ».

^{h)} Gavantus, quem Salmant. huc adducunt, scribit haec tantum, loc. cit., lit. p: « Decet pyxidem benedici, saltem ut corporale ». — Escobar pariter, lib. 21, n. 419: « Equidem valde decet, inquit, pyxidem benedici... Assero tamen non esse necessarium hujusmodi benedictionem, quia non exstat jus illam praescribens... Ego monerem rubricam observari, quia obligare saltem sub veniali iudico ».

Durantus, Barbosa, Marchant et Dicastillus, apud Croix¹; item Benedictus XIV² et Escobar³, — qui tamen putat omissionem hujus benedictionis non excedere culpam veniale. — Probatur ex rubrica Missalis⁴, ubi dicitur: *Si (sacerdos) est consecratus plures hostias pro communione facienda..., locat eas super corporale ante calicem, aut in aliquo calice consecrato vel vase mundo benedicto.* Praeterea probatur ratione, quia hoc valde convenit: si enim corporale, in quo sacrae species ad modicum tempus manent, benedici debet, quanto magis benedicendum est vasculum in quo diu noctuque illae conservantur? Et ideo in Rituali assignatur specialis benedictio pro *tabernaculo* (ut ibi dicitur) *seu vasculo pro sacrosancta Eucharistia*. — Accedit doctrina D. Thomae⁵, ubi, ad probandum quod pertineat ad sacerdotem dispensatio Eucharistiae, dicit: *In reverentiam hujus sacramenti a nulla re contingitur (sacramentum) nisi consecrata; unde et corporale et calix consecrantur, et similiter manus sacerdotis.*

Attamen *secunda* sententia negat. Et hanc tenent quamplures graves auctores, nempe Suarez⁶, Azor⁷, Fillucci⁸, Bonacina⁹, Silvester¹⁰; Sporer¹¹ cum Vasquez et Pasqualigo; item Sotus¹², Coninck, Tabiena ac Nuñez, apud Escobar¹³. Et probabilem putant Diana¹⁴, ac Lugo¹⁵ cum

Steph. Durantus, de Ritib. Eccles., lib. 1, cap. 16, n. 4. — *Barbosa*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 27, n. 41. — *Petr. March.*, Tribunal, tom. 2, tr. 2, part. 2, tit. 4; qu. 2, § 4, dub. 6. — *Dicast.*, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 9, n. 198. — ¹ Lib. 6, part. 2, n. 348. — ² Notif. 21 (al. 20), n. 12. — ³ Part. 2, tit. 2, n. 3. — ⁴ 3 P., qu. 82, art. 8, corp. — ⁵ Disp. 81, sect. 7, v. *Tertio obiter*. — ⁶ Part. 1, lib. 10, cap. 27, qu. 7. — ⁷ Tr. 5, cap. 4, num. 133. — ⁸ De Euch., qu. ult., punct. 9, n. 23. — ⁹ V. *Eucharistia III*, qu. 4. — ¹⁰ Part. 2, cap. 6, num. 401. — *Vasq.*, disp. 233, cap. 4,

Henriquez^b et Fagundez^b. — Ratio, quia (ut ajunt) de hoc nullibi habetur expressum praecepsum. Nec Pontificale certos nos reddit; cum ibi assignentur benedictiones etiam pro campanis et thecis reliquiarum, quae tamen non de praecerto, sed tantum de congruentia benedicuntur.

Haec *secunda* sententia non videtur improbabilis, saltem ob tantorum DD. autoritatem. — Sed *primam* probabiliorem puto, quia conformior est rubricae et rationi: et ideo in praxi est consulenda, ut recte dicunt Suarez¹⁴, Fillucci¹⁵ et Benedictus^c.

Idem dicendum de circulo seu *lunula*, ubi reponitur hostia consecrata, cum exponitur in ostensorio^d.

386. — « *V°. CORPORALE linea* », [Vel ex cannabe, ut probat usus; vide dicta n. 375, *Dubit.* 3] « saltem quoad eam « partem, qua hostiam vel calicem tangit, « can. *Consul.*, de *consecr.*, dist. 1, (nam « in extremitatibus potest esse sericum « auro elaboratum), et *benedictum* ab epi- « scopo vel privilegiato. Vide *Compend.* « *privilegior.* Soc. Jesu¹⁶. — Non tamen « iterum benedicendum post lotionem nec « nisi notabiliter rumpatur^a. S. Thomas, « Silvester, Bonacina¹⁷, card. Lugo¹⁸ et « Gavantus¹⁹: ubi addit ex Sà (et dicit « esse communem), peccare mortaliter qui « utitur notabiliter immundo». — Vide notam parvam n. 376, v. *In cap.*

num. 36, (cit. a Croix, n. 348). — *Pasqual.*, qu. 778, n. 8, (cit. a Croix, loc. cit.). — *Coninck*, qu. 88, n. 245. — *Tabiena*, v. *Communicare*, n. 57. — *Nuñez*, qu. 88, art. 3, dub. 5. — ¹¹ Lib. 21, n. 417. — ¹² Part. 2, tr. 15, resol. 2. — ¹³ Disp. 20, n. 96. — ¹⁴ Disp. 81, sect. 7, v. *Tertio obiter*. — ¹⁵ Tr. 5, cap. 4, n. 183. — ¹⁶ V. *Benedicere*, § 2. — S. Thom., 3 P., qu. 83, art. 3, ad. 7. — *Silvest.*, v. *Corporalia*, num. 3, qu. 2. — ¹⁷ De Euch., qu. ult., punct. 9, n. 24. — ¹⁸ Disp. 20, num. 76. — ¹⁹ Part. 2, tit. 1, num. 1, lit. q. — *Sà*, v. *Sacra*, num. 5.

immo dicit magis probabilem esse ac tenendam.

^{a)} Ad dubium: « An et quando benedicta sint pyxis, purificatoria, ostensoria vel saltem lunula, quae immediate inserviunt sacramento plus quam alia: quae habent in Missali propriam formam benedictionis? » S. R. C., die 16 Nov. 1649, respondit: « Servandas esse rubricas ». *Decr. auth.*, n. 926, ad 5.

386. — ^{a)} S. Thomas et Lugo dicunt debere esse linea; Gavantus vero negat benedicendum esse post lotionem.

Celebrare sine corporali vel cum non benedicto, per se lethale.

Corporalia, a quibus lavanda.

Secunda sententia, non improbabilis; prior, probabilior et consulenda.

Idem dicendum de lunula.

Requiritur corporale ex lino vel cannabe.

Notandum 1º quod celebrare sine corporali aut cum eo non benedicto nequit excusari a mortali, nisi gravis urgeat necessitas celebrandi. — Certum est apud omnes. Vide Suarez¹ et Croix².

387. — Notandum 2º. id quod spectat ad lotionem corporalium. — In can. *Nemo 40*, de cons., dist. 1, Clemens Papa duo statuit: *primum*, ut sacrae pallae tantum a diaconis^a laventur; *secundum*, ut lotio mittatur in sacrarium.

Quod ad *primum* pertinet, dicunt Suarez³, Merati^b; et Croix⁴ cum Bonacina, quod, licet convenientius sit secundam et tertiam lotionem pallarum (id est, ut explicat Suarez^c, corporalium, parvarum pallarum et purificatorum) fieri a persona sacra; tamen nullum est peccatum si illae fiant a laicis. — Prima autem lotio omnino debet fieri a diaconis vel subdiaconi, quia hodie horum Ordo inter sacros numeratur et (ut communiter doctores ajunt) hoc est peculiare officium subdiaconi. Immo probabiliter dicit Croix⁵ cum Suarez^d et Pasqualigo^e, posse hanc primam lotionem fieri etiam a clero tonsurato; dum in dicto can. *Nemo* dicitur: *Diaconi cum humilibus ministris lavent*. Hodie autem clerici tonsurati jam ex consuetudine inter inferiores clericos numerantur, ex qua eis permittitur sacra vasa tangere^f.

Utrum autem peccaret mortaliter laicus qui hanc primam lotionem faceret?

¹ Disp. 81, sect. 6, v. *Secundo*. — ² Lib. 6, part. 2, num. 333. — ³ Disp. 81, sect. 8, v. *Quarto*. — ⁴ Loc. cit., n. 334. — ⁵ Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 9, n. 22. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Part. 1, tr. 8, diff. 29, n. 5. — ⁸ Quarti, part. 2, tit. 1, sect. 3, dub. 6, i. f. — ⁹ Pasqual., qu. 795, n. 3. — ¹⁰ Part. 2,

— Affirmat Villalobos⁶. Sed communius Croix²; ac Quarti, Pasqualigo, etc., apud Merati⁷, censent id esse tantum veniale; et nullum, si justa causa fieret.

Quoad *secundum* vero, putat Croix cum Pasqualigo, nullum esse peccatum si aqua lotionis non in sacrarium, sed in locum decentem projiceretur. — Sed omnino tenendum est oppositum cum Merati: dum in praefato textu *Nemo* expresse dicitur quod foras ejicere lotionem erit operanti peccatum. Et Silvester apud Suarez dicit quod huic nulla contraria consuetudine derogari potest. Id tamen intelligitur tantum pro corporalibus, pallis et purificatoriis; licet epim in textu idem dicatur de lotione albae et mapparum altaris, attamen recte ait ibi Glossa⁸: *Huic hodie derogatum est consuetudine generali*.

388. — « *VI°. PALLA item linea*, qua « parte calicem tegit (superiore enim parte « potest auro constare vel serico); quae « cum habeat communem cum corporali « benedictionem, utpote cujus pars anti- « quitus fuit, pro eodem servire posse « docet idem card. Lugo⁹, si sit satis « capax ».

Palla debet esse ex lino, ut requiritur in rubrica¹⁰; vel ex cannabe, ut diximus de corporali (n. 375, *Dubit.* 3). — Unde bene advertit Merati^a, non bene agere qui adhibent pallam de papyro aut drappo serico. Immo, in decreto S. Congregacionis die 22 Januarii 1706^b apud [Contin.]

tit. 1, Nov. Observ., n. 16. — ¹¹ Croix, lib. 6, part. 2, n. 334. — ¹² Pasqual., qu. 795, num. 9. — ¹³ Merati, part. 2, tit. 1, Nov. Observ., n. 16. — ¹⁴ Silvest., v. *Corporalia*, qu. 1. — ¹⁵ Suar., disp. 81, sect. 8, v. *Quarto*. — ¹⁶ In v. *Ex vela*, lit. I. — ¹⁷ Disp. 20, n. 76. — ¹⁸ Part. 2, tit. 1, n. 1.

387. — ^{a)} Cum humilibus ministris, ut notat ipse S. Alphonsus paulo inferius.

^{b)} Merati, part. 2, tit. 1, Nov. Observ., n. 16, de sola prima lotione loquitur.

^{c)} Suarez, loc. cit., per pallas illas intelligit corporalia et purificatoria; sed ibidem, v. *Tandem*, dicit pallam esse veluti partem corporalis.

^{d)} Suarez, loc. cit., v. *Quarto* cum v. *Tertiuum*, haec dicit de secunda lotione.

^{e)} Pasqualigo, qu. 794, n. 2, quidquid dicat Croix, id concedit clericis qui minoribus ordinibus sunt iniciati.

^{f)} S. R. C., ad dubium: « Utrum moniales seu piae feminae vitam communem sub regula degentes possint cum licentia Ordinarii

Aqua lotionis in sacrarium projicienda.

Requiritur palla ex lino vel cannabe.

In quam
parte possit
esse ex se-
rivo vel ac-
picta.

Tournely¹, dictum fuit: *In sacrificio Mis-
sae non est adhibenda palla a parte su-
periori drappo serico cooperata*. Quamvis
Pater Suarez² putat non esse vetitum
adhibere pallam tantum exteriori parte
sericam vel auro elaboratam. Corporale
vero dicit tantum in extremitatibus posse
auro vel serico ornari; et hoc probabile
est, cum in rubrica³ dicatur: *Corporale...,
quod ex lino tantum esse debet, nec serico
vel auro in medio (nota) intextum, sed
totum album*. — Palla autem benedicenda
est cum corporali eadem benedictione;
ut communiter docent Gavantus⁴, Su-
arez⁵; et Tournely⁶ cum Quarti⁷ et
Vasquez⁸, qui contrariam opinionem im-
probabilem putant.

An vero sit mortale celebrare sine
palla, aut cum ea non benedicta?

Affirmant probabiliter Suarez⁹, Fil-
liuccius¹⁰, [Contin.] Tournely¹¹ cum Quarti;
et Escobar¹² cum Vasquez¹³, Reginaldo.
Ratio, quia olim palla erat ipsum corpo-
rale, quo calix operiebatur. Unde, licet
hodie palla sit ab illo separata, tamen est
aeque necessaria et benedicenda ac corpo-
rale; et Ecclesia, separationem permit-
tendo, nihil circa materiam et benedictio-

¹ Cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 10. — ² Disp. 81, sect. 6,
v. Secundo, et v. Tandem. — ³ Part. 2, tit. 1, n. 1. — ⁴ Part. 2,
tit. 1, n. 1, lit. g. — ⁵ Tr. 5, cap. 4, n. 125. — ⁶ Cap. 9, art. 2,
sect. 8, qu. 10. — ⁷ Quarti, part. 2, tit. 1, sect. 3, dub. 2. —
⁸ Lib. 21, n. 431 et 432. — ⁹ Regin., lib. 29, n. 195. — ¹⁰ In 4,
dist. 13, qu. 2, art. 5. — ¹¹ Lib. 6, part. 2, n. 332. — ¹² Part. 2,

tis signa». *Decr. auth. S. R. C.*, n. 3832,
ad dub. 4.

^{c)} Suarez, loc. cit., v. Tandem, dicit pallam
esse benedicendam « sicut corporale, quia est
veluti quedam pars ejus ».

^{d)} Contin. Tournely, loc. cit., qu. 10, scri-
bit: « Licet... eam velut quoddam corporale
minus a majori separari permiserit Ecclesia,
nihil tamen in reliquis circa materiam aut
benedictionem immutavit ». — Et fere eadem
habet Quarti, part. 2, tit. 1, sect. 3, dub. 2.

^{e)} Vasquez, disp. 233, cap. 3, n. 24, ait:
« Improbabile tamen existimo ex serico aut
alia materia, quae non sit linum, eam fieri
posse; nam parva palla qua calix operitur...
censetur illa pars corporalis quae antiquitus
plicabatur, ita ut jam palla corporalis in duas
partes divisa sit: et in eam quae extenditur
super altare, et in eam qua calix operitur ». — De benedictione pallae, S. R. C. die 4 Sept.
1880 declaravit pallam posse benedici sepa-
ratim a corporali; sed sive una sive plures

nem immutavit. — Non minus vero pro-
babiliter negat Sotus¹⁴; item Manuel¹⁵ et
Moure¹⁶, apud Escobar¹⁷; ac Rodriguez¹⁸,
apud Croix¹⁹. Ratio, quia, tametsi Eccles-
ia eadem benedictione statuerit benedici
pallam ac corporale, eo quod illa mora-
liter pars corporalis censetur; tamen, cum
hodie palla sit separata a corporali, non
eadem ratio reverentiae currit pro corpo-
rali quod immediate tangit sacras spe-
cies, quam pro palla quae non tangit.

Dicunt autem Sporer²⁰ et Croix²¹ cum
Gobat, quod si palla desit aut per qua-
drantem exspectari debeat, poterit loco
ejus adhiberi aliud corporale, aut hoc
deficiente, purificatorium aut bursa.

Dicit autem Gavantus²² quod illi qui
adhibent duas pallas, unam pro calice,
alteram pro hostia, non sunt quidem re-
prehendendi, sed non imitandi sine pontifi-
cia facultate; haec enim esset additio ritus
vetita a S. Pio V. Et huic opinioni adhae-
rent Quarti et Megalius, apud Merati²³.
Unde dicunt sacerdotes hanc facultatem
a Pontifice non habentes non posse has
duas pallas adhibere. — Sed Molfesi, Pasqualigo, Silos et Magius, apud Merati²⁴,
tenent quod non solum Theatini, quibus

cap. 6, n. 399. — ¹¹ Loc. cit. - Gobat, tr. 3, n. 316 et seqq. —
Quartii, part. 2, tit. 1, sect. 3, dub. 4. — ¹² Megal., Variar.
resolut. 199. — ¹³ Part. 2, tit. 1, Nov. Observ., n. 13. — ¹⁴ Molfesi,
part. 1, tit. 9, cap. 11, n. 68. — ¹⁵ Pasqual., qu. 793, a n. 3.
— ¹⁶ Silos, Hist. clericor. regular., lib. 9, tom. 2, fol. 392. — ¹⁷ Magius,
Galateus religios., disquis. 20, n. 6 et 8. — ¹⁸ Loc. cit., n. 13.

pallae, sive cum corporali, sive sine illo bene-
dicantur, formulam benedictionis recitandam
esse prout jacet. *Decr. auth.*, n. 3524, ad
dub. 3.

^{f)} Suarez, disp. 81, sect. 6, v. Secundo, id
asserit: « supposito tamen quod corporale non
sufficit ad cooperendum calicem ».

^{g)} Vasquez non satis recte citatur ab Es-
cobari; negat enim dumtaxat, disp. 233, cap. 3,
n. 24, pallam esse posse ex serico, aut ex alia
materia quae non sit linum.

^{h)} Manuel Rodriguez, Sum., part. 1,
cap. 247, n. 19, concl. 18; Fernandez de
Moure, Exam., part. 3, cap. 5, § 12, n. 10,
asserunt pallam posse esse ex serico aut ex
alia materia quae linum non est; ex quo
Escobar, lib. 21, n. 430, colligit iuxta eorum
sententiam, pallam non esse necessariam.

ⁱ⁾ Gavantus, part. 2, tit. 1, n. 1, lit. m,
negat reprehendendos esse aut imitandos eos
qui duplice palla utuntur, « approbante, ut
ajunt, Summo Pontifice ».

Aequa pro-
babiliter
negatur.

hoc privilegium sive usus approbatus fuit
a Clemente VII^j), sed omnes sacerdotes
exteri possunt illis uti^k, quia haec non
est additio, sed potius quaedam accessio
ad Romanum ritum ob majorem decen-
tiam, utque commodius fragmenta colli-
gantur. Hinc censem Merati cum Pasquali-
go, unumquemque posse hanc observan-
tiā sequi; refertque cardinalem Baro-
num id suasisse alicui ad proxim.

^{389.} — ^l VII. PURIFICATORIUM item li-
neum: non tamen necessario benedictum,
ut (contra Laymann) docent Suarez, Ga-
vantus et card. Lugo: neque ulla repe-
ritur in Ritualibus ejus benedictio^m.

Quæritur: an purificatorium sit bene-
dicendum?

Affirmant Laymann¹; item Franciscus
Lugo et Fagundez², apud Escobar³: qui
huic opinioni adhaeret tamquam tuitori,
licet contrariam etiam tutam vocet. —
Ratio⁴: quia, ut dixit D. Thomas⁵, hoc
sacramentum a nulla re contingi debet,
nisi consecrata. Ratio⁶: quia rubrica
praecipit benedici mappas altaris; ergo
tanto magis benedicendum purificatorium,
quod forte potest tangere reliquias San-
guinis. — Nec obstat quod in benedictio-
nibus non reperiatur peculiaris benedictio
quoad purificatoria; nam pro iis sumitur
benedictio linteaminum, mutata voce al-

¹ Merati, loc. cit., num. 13. — ² Pasqual., qu. 793, num. 8.
— ³ Laym., lib. 5, tract. 5, cap. 6, num. 12, vi. — ⁴ Suar.,
disp. 81, sect. 8, v. Quarto. — ⁵ Gavant., part. 2, tit. 1,
num. 1, lit. i. — ⁶ Lugo, disp. 20, n. 76. — ⁷ Loc. cit. —
Franc. Lugo, de Sacram., lib. 5, cap. 7, qu. 4, num. 36. —
⁸ Lib. 21, num. 434. — ⁹ 3 P., qu. 82, artic. 8, corp. —
¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Tract. 22, punct. 10, n. 2. —

tare in calicem, si separatim purificatoria
benedicantur.

Sed communiter et probabiliter negant
Gavantus⁴, Suarez⁵, Palau⁶, Salmant.⁷,
Lugo⁸, Croix⁹, Bonacina¹⁰, Roncaglia¹¹ et
[Contin.] Tournely¹² cum Silvio qui¹³, dicit
hanc benedictionem fieri tantum de con-
venientia. Ratio, quia in Rituali nulla
adest benedictio propria de purificatoriis,
sicut nec veli nec bursae¹⁴. Gratis autem
asseritur eamdem benedictionem quae
adhibetur pro mappis, aptandam esse pro
purificatoriis; cum pro his nullo modo
possint verificari verba orationis, quae
habentur in Rituali, nempe: *consecrare
digneris haec linteamina ad tegendum
involvendumque altare Filii tui*. Hinc
non sufficit (ut ajunt contrarii) mutare
solam vocem *altare in calicem*; sed etiam
oportet mutare verba *tegendum invol-
vendumque in abstergendum*: quod esset
potius novam orationem conficere quam
mutare. — Dicunt tamen Salmant.¹⁵ quod,
licet non sit obligatio benedicendi purifi-
catorium, tamen ipsum licite benedici
potest.

Si autem purificatorium non facile
haberi possit, probabiliter dicunt Wi-
gandt¹⁶; ac Suarez¹⁷, Sporer, Aversa¹⁸
et Gobat, apud Croix¹⁹, licitum esse sine
eo celebrare; ejusque loco adhiberi posse

Probabi-
lius alii ne-
gant.

Quid si
debet purifi-
catorium.

¹⁷ Tract. 5, cap. 4, n. 86. — ¹⁸ Loc. cit. — ¹⁹ Lib. 6, part. 2,
num. 331. — ²⁰ De Euch., qu. ult., punct. 9, num. 22.

²¹ De Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 4, v. f. — ²² Cap. 9,
artic. 2, sect. 8, qu. 9. — ²³ Silvius, qu. 83, artic. 3, qu. 6,
v. Quantum. — ²⁴ Tract. 15, num. 64. — ²⁵ Sporer, part. 2,
cap. 6, num. 400. — ²⁶ Gobat, tract. 3, num. 314. — ²⁷ Lib. 6,
part. 2, n. 331.

^{b)} Scilicet Continuator Tournely.

^{c)} Et hanc S. Alphonsi sententiam am-
plexa est S. R. C., dum die 7 Sept. 1816, ad
quaesum: « An purificatorium benedici de-
beat? » respondit: « Negative ». *Decr. auth.*,
n. 2572, ad 12.

^{d)} Salmant., tr. 5, cap. 4, n. 85, id per-
spicue innuunt, requirentes ad Missae celebra-
tionem purificatorium, « non tamen ex obliga-
tione benedictum ».

^{e)} Suarez, disp. 81, sect. 8, v. Quarto, negat
tantum purificatorium de necessitate benedi-
cendum, et addit « prohibitum esse ut hujus-
modi rebus sacris ad communis seu profa-
nos usus ». — Et idem habet Aversa, qu. 11,
sect. 13, v. Item ad; et v. 5. *Rationale hujus*.
Et pro hoc tantum asserto citantur a Croix.

strophiolum mundum, quod postea ad profanum usum non adhibeatur.

390. - « VIII^o. Sub gravi peccato Mis-
« SALE, canonem saltem continens; ut
« habet Bonacina et alii communiter. —
« Etsi Ledesma et Laymann ^{a)} doceant,
« in gravi necessitate licitum esse cele-
« brare sine libro ei qui moraliter sit certus
« se non erraturum. Et sic cardinalis de
« Lugo ¹ cum Diana, etc., probabiliter excu-
« sat eum qui propter visus debilitatem
« legere non potest ». — Tabella autem
secretarum non requiritur ex praecepto
sed tantum ad majorem celebrantium
commoditatem; ut bene ait Gavantus ².

Quaeritur: *an liceat unquam sacerdo-
tibus celebrare sine Missali?*

Prima sententia negat. Et hanc tenent
[Contin.] Tournely ³, Habert ⁴; item Na-
varrus et Henriquez, apud Palaum ⁵; ac
Coninck, Fagundez, apud Escobar ⁶: etiam-
si aliquis firmiter sciat memoriter quae
dicenda sunt. Ratio, quia in re tam gravi-
vitandum est omne errandi periculum,
quod recitando memoriter semper timeri
potest. — Idque videtur confirmari ex eo
quod S. C. Conc. (ut fert Benedictus XIV ⁷)
licentiam impertiendo alicui sacerdoti cae-
cutienti celebrandi in festo duplice Missam
de B. Virgine, et die feriali Missam pro
defunctis, hanc solet clausulam apponere:
*Quod non sit omnino caecus et memoriter
non recitet.*

Secunda vero sententia communissima,
quam tenent Lugo ⁸, Laymann ⁹, Pa-

Bonac., de Euch., qu. ult., punct. 9, n. 30. — Petr. de
Ledesm., de Euch., cap. 20, concl. 8, v. *His tamen.* —
Disp. 20, num. 78. — Diana, part. 2, tr. 14, resol. 46. —
Part. 1, tit. 20, n. 1, lit. s. — De Sacrif. Miss., cap. 9,
art. 2, sect. 9, qu. 2. — De Euch., part. 2, cap. 13, v. f.
v. Denique. — Navar., Man., cap. 25, n. 84. — Henr.,
lib. 9, cap. 29, n. 7. — T. 22, punct. 10, n. 4. — Coninck,
qu. 83, n. 251, i. f. — Fagund., de 1^o praecl. Eccl., lib. 3,
cap. 21, n. 23. — Lib. 21, n. 462. — Notif. 34, n. 5. —
Disp. 20, n. 78. — Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17. — Loc.
cit., n. 4. — Disp. 233, cap. 3, n. 26 et 27. — Part. 2,

laus ¹⁰, Suarez ^{b)}, Vasquez ¹¹, Diana ¹²;
Escobar ¹³ cum Aversa; Sporer ¹⁴; Sal-
mant. ¹⁵ cum Villalobos, Ledesma; et
Croix ¹⁶ cum Verjuys et Gobat, probabi-
liter dicit posse quandoque sacerdotem
celebrare sine Missali, si hoc facile non
posset habere, et ob praeteritam expe-
riential abesset morale periculum er-
randi. — Hinc probabiliter inferunt Lugo,
Palaus, Vasquez, Salmant. et Escobar,
licite celebrare sacerdotem, qui ob visus
debilitatem memoriter Missam recitat:
modo discernat calicem et hostiam quan-
tum sufficit ad evitandam irreverentiam:
et modo ad notam effugientiam habeat
Missale in altari vel alium librum loco
ipsius; ut ajunt Croix ¹⁷ cum Gobat; et
Salmant. ¹⁸ cum Lugo ^{c)} et Palao ^{c)}. — Per
clausulam autem quae solet a S. Congre-
gatione apponi (ut supra), non satis pro-
batur hanc secundam opinionem tamquam
improbabilem rejici: tutius tamen semper
erit hanc facultatem a S. C. obtinere.

Certum autem est apud omnes, sacer-
doti penitus caeco illicitum esse cele-
brare: quamvis referat Benedictus ¹⁹ die
23 Augusti 1727 Sacram Congregationem
Concili*i* hanc licentiam concessisse cui-
dam parocho pauperi ex speciali gratia,
cum assistentia tamen sacerdotis.

Sacerdos autem ritus Romani graviter
peccaret, si uteretur Missali regularium
etiam in eorum ecclesiis, vel locorum qua-
transit, dicendo Missam diversi ritus; ut
recte censem Croix cum Pasqualigo ^{d)},

tr. 14, resol. 46. — ¹⁰ Lib. 21, n. 464. — Aversa, qu. 11,
sect. 13, v. *Requiritur quoque.* — ¹¹ Part. 2, cap. 6, n. 388. —
Tr. 5, cap. 4, n. 87. — Villal., part. 1, tr. 8, diff. 26, n. 5. —
Petr. de Ledesm., de Euch., cap. 20, concl. 8, v. *His tamen.* —
Lib. 6, part. 2, n. 363. — Verjuys, Pastoral., tr. 8, art. 7,
n. 6. — Gobat, tr. 3, n. 304. — Lugo, disp. 20, n. 78. —
Palaus, tr. 22, punct. 10, n. 4. — Vasq., disp. 233, cap. 3,
n. 27. — Salmant., tr. 5, cap. 4, n. 87. — Escob., lib. 21,
n. 464. — ¹² Lib. 6, part. 2, n. 364. — Gobat, tr. 3, n. 302. —
Loc. cit., num. 87. — ¹³ Notif. 34, num. 5. Cfr. Thesaur.
Resolut. S. C. C., anno 1727. — Croix, loc. cit., n. 367.

390. — ^{a)} Laymann, lib. 5, tr. 5, cap. 6,
n. 17, dicit posse « in casu aliquo ».

^{b)} Suarez, disp. 81, sect. 6, v. *Quarto*,
scribit: « An... in eo casu esset peccatum id
facere, aliorum iudicio relinquo; nam ego
propter multorum auctoritatem licentiam dare
non audeo; et aliunde sufficienter rationem
peccati non invenio ».

^{c)} Lugo, disp. 20, n. 78, dicit eos librum

habere « propter decentiam ». — Palaus vero,
tr. 22, punct. 10, n. 4, ex Vasquez, quem
non reprobat: « Expedit librum Missalis pre-
sentem habere ».

^{d)} Pasqualigo, qu. 207, n. 7 et seqq., ne-
gat sacerdotem ritus Romani posse uti ritu
regularium, nisi necessitas excusat; sed n. 4,
dicit advenam posse sequi ritum proprium
alicujus ecclesiae diversum a Romano, modo

Communi-
nissime et
probabiliter
affirma-
tur aliquan-
do licere.

Excusatur
caecutiens
memoriter
Missam re-
citantis.

Sacerdoti
penitus cae-
co illicita
celebratio.

Quid de
usu Mis-
sallis alterius
ritus.

Quarti ^{e)} et Aversa ^{f)}, contra Palaum ^{g)}
et Praepositum ^{h)}, ex decreto S. C. 19 No-
vembr. 1622 apud Gavantum ¹. Hoc tamen
intelligitur, si talis sacerdos posset ritum
suum servare: nam alias, licite posset uti
peregrinus ritu et Missali illius dioecesis
in qua reperitur; ut probabiliter ait idem
Croix ^{f)} cum Coninck ^{f)}, Tamburinio ^{f)}
et aliis communiter. — Olim Missalia
habentia in canone *pro rege nostro*, erant
suspensa; sed hodie recte dicit Croix ²
cum aliis recentioribus, in hoc non esse
faciendum scrupulum ex consuetudine in-
troducing.

Confessarii autem et capellani monia-
lium possunt quidem dicere Missas San-
ctorum de quibus ipsae recitant Officium,
non tamen Missas proprias illius ordinis,

¹ Part. 8, tit. 10, n. 16, v. *Intellige.* — ² Lib. 6, part. 2,
n. 369. — ³ De Sacris Ritib., n. 1869 (in 2^o edit., n. 1768). —
Part. 2, tr. 14, resol. 43. — ⁴ Qu. 83, art. 6, dub. 1^{ab},
v. *Dico tamen primo.* — ⁵ Resol. pastor., tr. 4, cap. 5,

Requiritur
minister
masculus.

talis ritus proprius sit toti illi ecclesiae. —
Et idem habent Quarti, part. 1, tit. 14, dub. 2;
Aversa, qu. 11, sect. 12, v. *Decimo.* — Et
ipse Croix consentit. — Quarti autem subdit
de casu necessitatis: Si est modica diversitas
in ritu regularium posse ei se accommodare;
secus, si sit magna diversitas, et non possit
facile et sine erroris periculo sese illi accom-
modare.

^{e)} Palaus scilicet, tr. 4, disp. 1, punct. 5,
§ 4, n. 5 et seqq., loquitur de Missis quae
conceduntur aliquibus regularibus; et si ejus-
modi Missa sit propria, innuit neminem exte-
rem posse eam celebrare; si vero sit votiva,
longe probabilius esse ait quemlibet posse
eam celebrare. — Praepositus, qu. 83, art. 5,
n. 190, ait advenam posse in ecclesiis sive
regularium sive saecularium earum se ritui
accommodare.

^{f)} Croix, lib. 6, part. 2, n. 368, haec scri-
bit: « Peregrinus qui servat ritum Roma-
num, sive saecularis sive regularis, licite uti-
tur ritu et Missali dioecesis in qua reperi-
tur ». — Et ita etiam tenent Coninck, qu. 83,
n. 268; et Tamburinius, Meth. celebr. Miss.,
lib. 2, cap. 5, § 2, n. 19 et seqq. Quibus Tambu-
rinus addit celebrantem in ecclesia regula-
rium, posse in casu necessitatis sequi Missale
hujus ordinis, pensata gravitate causae, diver-
siteat ritus magna an modica, scandalo, etc.

^{g)} Decretum istud, quod reperiebatur apud
Gardellini, n. 3904, expunctum est in edi-
tione authentica decretorum S. R. C. Hodie
vero ex novissimo decreto ejusdem S. C. de
die 9 Julii 1895, a Leone XIII, die 9 Decembris
eiusdem anni, approbato: « Omnes et singuli

sed cum Missali Romano et de communi-
Ita S. C. Rituum ^{g)}, annuente Clemente XI,
die 1 Decembris 1717, apud Pittonium ^{g)}.

^{391.} — ^{IX^o.} MINISTER (secundum Navar-
rum ^{a)}, Fagundez ^{a)} et Zerola ^{a)}, sub mor-
tali) et quidem *masculus*. — In necessi-
tate tamen gravi, v. gr. die festi vel dandi
viaticum, posset quis sibi respondere,
inquit Sa ^{b)}, Bonacina ^{c)}, et Diana ⁴ ex
aliis. In quo casu, etiam feminam adhi-
beri posse docet Nuñez ⁵ et Silvius ^{d)}
(idque quibusdam Belgii partibus con-
suetudine inductum esse docet Mar-
chant ^{e)}: contra communem apud Lay-
mann, Fernandez et Diana ⁷, Tamburi-
nium ⁸ et Marchinum ⁹, qui vult id esse
mortale. — Ministrante tamen circa al-
tare viro qui nesciat respondere, mo-

qu. 10. — Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 13. — Fernand.
de Moure, Exam., part. 3, cap. 5, § 4, n. 7. — ⁷ Part. 2,
tr. 14, resol. 44. — ⁸ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 7,
§ 5, n. 2 et 3. — ⁹ Tr. 3, part. 3, cap. 15, n. 3.

sacerdotes, tam saeculares quam regulares,
ad ecclesiam confluentes vel ad oratorium
publicum, Missas quum Sanctorum tum Bea-
torum, etsi regularium proprias, omnino cele-
brent, officio ejusdem ecclesiae vel oratorium
conformes, sive illae in Romano sive in
regularium Missali contineantur, exclusis tamen
peculiaribus ritibus ordinum propriis. — Si
vero in dicta ecclesia vel oratorio, officium
ritus duplice inferioris agatur, unicuique ex
celebrantibus liberum sit Missam de requie
peragere vel votivam vel etiam de occurrenti
feria: iis tamen exceptis diebus, in quibus
praefatas Missas rubricae Missalis Romani
vel S. R. C. decreta prohibent». *Decr. auth.*,
n. 3862.

^{391.} — ^{a)} Navarrus, Consil., lib. 1, consil. 6,
de corpore vitatis; Zerola, Prax. episcop.,
tom. 2, v. Miss., § Tertio, dicunt contra posse
sacerdotem celebrare solum sine ministro.
— Quod Fagundez, de 1^o praecl. Eccl., lib. 3,
cap. 21, n. 5, admittit et intelligit ex gravi
causa et justa necessitate.

^{b)} Sa, v. Miss., n. 18 (in edit. genuina),
abscisit: « Potest quis, si desit mini-
ster, ipse sibi respondere in Missa ».

^{c)} Bonacina, de Euch., qu. ult., punct. 9,
n. 33, id admittit ad viaticum infirmo mini-
strandum; sed n. 34, de die festo ut ipse sa-
cerdos preeceptum impletat, « non facile admi-
serim », inquit.

^{d)} Silvius, qu. 83, art. 5, v. *Si autem
femina;* et Opusc. VI, v. Missa VI, id con-
cedit, modo femina procul ab altari respon-
deat, neque ad illud pro qualunque re ac-
cedat.

« niales ex choro respondere non esse
« prohibitum notat card. de Lugo et Tam-
« burinius¹; ubi etiam cum Henriquez et
« Hurtado permittit celebranti, Missam
« coeptam prosequi sine ministro, si hic
« forte abiit, et aliquantulum exspectatus
« non revertatur».

Dubitatur 1^o. *Quale peccatum sit cele-
brare sine ministro?*

Certum est apud omnes esse mortale,
ex cap. *Proposuit*⁶, *de filiis presb.*, ubi
dicitur: *Non enim solus presbyter Mis-
sarum solemnia.... potest sine ministri
suffragio celebrare.* — Verum communiter dicunt DD. licitum esse celebrare sine
ministro, urgente necessitate ministrandi
viaticum. Ita Lugo² cum Suarez, Lay-
mann³, Fagundez; Diana⁴ cum Squil-
lante⁵, Villalobos et Pitigiano; item Ron-
caglia⁶ cum Glossa⁷; [Contin.] Tournely⁸
et Silvius⁹. Et idem concedunt
Tournely, Lugo¹⁰ et Diana, cum aliis ab
ipsis citatis, ut populus audiat Missam de
praecerto. Celebrantem autem, ut ipse sol-
lus Missam audiat de praecerto, etiam
excusat Diana¹¹: et Tournely cum Silvio
non damnat, licet non approbet.

Probabiliter autem dicunt, praeter Lu-
go¹², Tamburinium, Henriquez et Hurtadum,
apud Busenbaum, [Contin.] Tour-

Lugo, disp. 20, n. 108. — ¹ Method. celebr. Miss., lib. 1, cap. 7, § 5, n. 3 et 6. — ² Henriq., lib. 9, cap. 30, n. 5, lit. u. — ³ Gasp. Hurtad., disp. 4, diff. 12, v. f. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Suar., disp. 87, sect. 1, i. f. — ⁶ Fagund., de 1^o praec. Eccl., lib. 3, cap. 21, n. 6. — ⁷ Part. 2, tr. 14, resol. 43. — ⁸ Villal., part. 1, tr. 8, diff. 34, n. 2. — ⁹ Pitigian., in 4, dist. 18, qu. 2, de Requisit. ex parte tempor., art. 5, i. f. — ¹⁰ De Sacrif. Miss., cap. 6, qu. 6, resp. 1. — ¹¹ Cap. 9, art. 2, sect. 9, qu. 1, v. *Hinc licet.*

^{e)} Laymann, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 13: « In quibusdam locis apud nos, inquit, consuetudo viget, quae ab episcopis toleratur, ideoque damnari non potest, ut sacerdotes praesertim in pagis, sine ministro respondentem celebrent ». Sed notandum est cardinalem de Lugo loqui de necessitate in universum.

^{f)} Squillante, *de Obligat. clericor.*, part. 2, prohib. 29, n. 69, non citatur recte a Diana; afferit enim sententiam Suarri id concedentis, sed ipse Squillante subdit: « Aliter tamen vi- detur in praxi observari, cum vix dari possit necessitas ob copiam ministrorum ».

^{g)} *Glossa in cap. Quaesivit, de verbis signif.*, v. *Etiam solus*, de casu alio loquitur, scilicet de Extrema Unctione, quam sacerdos etiam solus ministrare potest: « Hoc intellige, ait Glossa, in necessitate quae legem non

nely⁸; et Salmant.⁹ cum Dicastillo, quod, copta Missa, maxime si sit facta oblatio, permittitur celebranti pergere sine ministro, si iste abscesserit, et de brevi non revertatur.

Probabiliter etiam dicunt Salmant.¹⁰ quod celebrans non faciat scrupulum, si minister male pronuntiet; nec facile corrigat errores, ne turbet seipsum vel circumstantes, vel ordinem Missae: quamvis moneat Croix cum Gobat, quod celebrans supplet omissa a ministro¹¹. — Dicit autem¹¹ cum Quarti, rubricas circa ritum a ministro servandum, esse tantum directivas, et non obligare ad culpam; sed huic non acquiesco. — Rationabiliter vero advertit Lugo¹² minorem necessitatem sufficere ad celebrandum cum ministro nesciente respondere quam sine ministro.

Illiud autem quod habetur in *can. 61, de consecrat.*, dist. 1, ubi Soter Papa sic ait: *Hoc quoque statutum est, ut nullus presbyterorum Missarum solemnia celeb- brare praesumat, nisi duabus praesenti- bus sibiique respondentibus, ipse tertius habeatur; quia cum pluraliter ab eo dic- tur, Dominus vobiscum, et.... Orate pro me, aptissime convenit ut ipsius respon- deatur salutationi.* Explicant D. Thomas¹³,

Non nimis curandum de erroribus mini- stri.

Rubrica-
ministri
sunt praec-
ceptivae.

In Missa
solemni sal-
tem sint
duo mini-
stri.

⁶ In qu. 83, art. 5, v. *Petes utrum.* — *Diana*, part. 2, tr. 14, resol. 43. — *Cont. Tourn.*, loc. cit. — ⁷ Loc. cit. — *Cont. Tourn.*, loc. cit. — *Silvius*, in qu. 83, art. 5, v. *Petes utrum.* — ⁸ Loc. cit. — ⁹ Tr. 5, cap. 4, n. 101. — *Dicast.*, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 12, n. 236. — ¹⁰ Tr. 5, cap. 4, n. 101. — *Croix*, lib. 6, part. 2, n. 390. — *Gobat*, tr. 3, n. 399 et 400. — ¹¹ Loc. cit. — *Quarti*, Quaest. proem., sect. 2, punct. 2, v. *Colloig. 5.* — ¹² Disp. 20, n. 103. — ¹³ *S. P.*, qu. 83, art. 5, ad 12.

habet ». — Et Roncaglia citat etiam *Glossam in can. Hoc quoque 61, de consecr.*, dist. 1, ad v. *Ipse tertius*, quae habet: « Immo et inclusus Missam solus cantare potest, hoc intellige ubi cleri copia non suffragatur; alias secus, ut *extra, de verbis signif.*, *Quae- sivit* ».

^{h)} Lugo, loc. cit., casum hunc non habet. Auctores vero ab ipso, sicut a Diana, citati, vel casum hunc omittunt, vel loquuntur potius de casu sequenti, quo scilicet ipse sacerdos debeat audire Missam de praecerto.

ⁱ⁾ Lugo, loc. cit., assertum istud silentio omnino praetermittit.

^{j)} Quod Gobat intelligit de casu quo mi- nister integrum versum aut sententiam plane omittet; secus vero, si unus alterumve verbum.

et Bellarminus¹⁴, Laymann, Sotus et alii communiter, apud Escobar¹, hoc intelligi de Missa solemni — In Missis tamen pri- vatis (ait D. Thomas) sufficit unum habere ministrum, qui gerit personam totius populi catholici, ex cuius persona sacerdoti pluraliter respondet.

392. — Dubitat². *An sacerdos cele- brans, respondente muliere, peccet gra- viter?*

Affirmat Nuñez³ apud Diana⁴. — Sed communiter negant Laymann⁵, Sua- rez⁶, Tournely⁷; et Diana⁸ cum Mol- fesio⁹, Homobono¹⁰, Zanardo¹¹, Fer- nandez, etc. — Hinc dicunt Wigandt¹²; Tournely cum Lugo; et Laymann cum Paludano et Henriquez, bene permitti ut feminae quandoque respondeant a longe, maxime si sint sanctimoniales: modo non immediate ministrant in altari, porrigendo urceolos, etc.; id enim non posset excusari a mortali, ex cap. 1 *Inhibendum, de*

Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 13. — *Sotus*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 5, arg. 12. — ¹ *Lib. 21*, n. 640. — *D. Thom.*, qu. 83, art. 5, ad 12. — ² *Part. 2*, tr. 14, resol. 44. — ³ *Loc. cit.* — ⁴ *Disp. 87*, sect. 1, v. *Sed dubitari.* — *Fernand. de Moure*, *Exam.*, part. 3, cap. 5, § 4, n. 10. — ⁵ *Tr. 15*, n. 64. — *Cont. Tourn.*, cap. 9, art. 2, sect. 9, qu. 1, resp. ad 2, v. *Hinc in*

cohab. cleric., ubi feminis omnino inter- dicitur celebranti ministrare. Et ideo bene advertit Laymann⁶ quod urgente neces- sitate satius est celebrare sine ministro, quam cum femina ministrante¹³.

393. — « X^o. CRUCIFIXUS (nisi sit expo- situm Venerabile Sacramentum): non in altari Requiritur crucifixus

« tamen sub obligatione gravi. Idem est
« de velo. — Card. Lugo⁷, Gavantus⁸.

In rubrica *Missalis*⁹ hoc tantum habe- tur: *Super altare collocetur crux in me- dio, et candelabra saltē duo... hinc et inde in utroque ejus latere.* Sed a S. C. Rituum, in decreto edito die 14 Maii 1707 apud Merati¹⁰, dictum fuit: *Super altare in quo SS̄num Sacramentum expositum est, crux de more collocari debet cum imagine cru- cifixi apposita.* Quod tamen intelligendū est, ut ait Merati¹⁰, tantum dum Missa celebratur¹¹. Item in *Caeremoniali Episcoporum*¹² sic praescribitur: *Crux parva cum imagine crucifixi super*

casu. — *Lugo*, disp. 20, n. 103. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, num. 13. — *Palud.*, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 1, concl. 2, i. f. (n. 5, i. f.). — *Henrig.*, lib. 9, cap. 30, n. 1, i. f. — ⁶ *Lib. 5*, tr. 5, cap. 6, n. 13. — ⁷ *Disp. 20*, n. 79. — *Gavant.*, part. 1, tit. 20, lit. u. — ⁸ *Part. 1*, tit. 20. — ⁹ *Series decretor.*, n. 604. — ¹⁰ *Part. 1*, tit. 20, Nov. *Observ.*, n. 7.

^{k)} Bellarminus, *de Missa*, lib. 6, cap. 10, obj. 9, dicit canonem hunc jubere « ut adsint qui sacerdoti respondeant ». At cap. 9, ab Escobar citato, ubi Bellarminus de privatis Missis disputat, dicit, v. *Tertio probat*, ex concilio Nannetensis canone 30: « Jubentur presbyteri non celebrare soli Missam, nisi habeant saltem unum secum qui respondeat ».

392. — ^{a)} Nuñez, qu. 83, art. 6, dub. *Ibis*, v. *Sed est dubium*, id forte innuit, negans licere extra tempus gravis necessitatis.

^{b)} Cont. Tournely, cap. 9, art. 2, sect. 9, qu. 1, resp. ad 2, v. *Hinc in casu*, videtur licentiam hanc ad casum necessitatis coarctare.

^{c)} Diana, part. 2, tr. 14, resol. 44, adhae- ret potius contrariae sententiae; quaerit enim an sacerdos in casu necessitatis possit feminae in responsione Missae administrare habere. Et adducit sententiam negativam, deinde affirmativam, et denique concludit: « Sed tu tene primam sententiam ».

^{d)} Molfesius, part. 1, tr. 3, cap. 10, n. 40; Homobonus, *Exam.*, tr. 4, cap. 15, qu. 146; Michael Zanardus, *Director. theolog.*, part. 1, de *Euch.*, cap. 14, i. f., negant feminam posse ministrare; et Homobonus addit: Ne in neces- sitate quidem posse.

^{e)} Et S. R. C. de hac re declaravit cele- brantem, urgente necessitate, ministerio mu-

lieris pro responsis tantum uti posse, omni- bus sibi prius commode dispositis, quae ad sacrificium occurtere possunt, ne mulieres inserviant altari. *Decr. auth.*, n. 2745, ad 8; 4015, ad 6.

393. — ^{a)} Decretum istud, quod apud Gar- dellini reperiebatur, nunc expunctum est, quia S. R. C. haec, die 7 Sept. 1741, jam declaraverat: « Etsi aliquando praeceperit haec S. R. C. quod in altari, ubi est publice exposi- tum SS̄num Sacramentum, tempore sacri- ficii, crux de more collocetur; non est tamen in suo robore observantia talis praecetti. Et sane patriarchales ecclesiae Urbis oppositum servant; supervacaneam enim adjudicant imagi- nis exhibitionem ubi prototypus adoratur. Et hac de causa Instructio pro adoratione XL Horarum... sub silentio praeterit an lo- canda removendave sit hujusmodi crux, re- linquens quemlibet in sua praxi ». *Decr. auth.*, n. 2365, ad 1.

^{b)} *Caeremoniale Episcoporum*, lib. 1, cap. 12, n. 11, ita loquitur: « In quorum medio [can- delabrum], locabitur crux ex eodem metallo et opere praeculta, ita ut pes crucis aequet altitudinem vicinorum candelabrum, et crux ipsa tota superemineat cum imagine sanctissimi Crucifixi, versa ad interiore altaris faciem ». Sed cfr. *Decreta auth.* S. R. C., n. 1270, ad 1.

tabernaculum in quo asservatur SSimum Sacramentum in altari, non est sufficiens in Missa, sed poni debet alia crux in medio candelabrorum. Idque confirmatum fuit a Sacra Congr. die 16 Junii 1663 apud Merati¹.

Sed dubitatur 1º. *An sit mortale celebrare sine cruce?*

Affirmant Renzi² et Aversa³; quia res est gravis, cum in sacrificio altaris repreaesentetur sacrificium crucis. — Negant vero communissime Suarez⁴, Laymann⁵, [Contin.] Tournely⁶, Bonacina⁷, Filliuccius⁸, Merati⁹; et Escobar¹⁰ cum Vasquez et aliis pluribus. Quibus consentit Habert¹¹, et Concina¹² qui dicit crucem non esse tanta necessitatibus ut sine ea non possit celebrari cum rationabili causa.

Caeterum nullo modo excusari potest saltem a veniali sacerdos qui celebatur sine cruce; ex decreto Benedicti XIV edito anno 1746, ubi dicitur: *Ut nullo modo (fiat sacrificium) nisi crucifixus inter candelabra ita promineat, ut sacerdos.... ac populus... eundem crucifixum facile et commode intueri possit: quod evenire nequit, si exigua solum crux minori tabulae defixa fidelibus exhibeat.* Idemque praescribitur in Caeremoniali Episcoporum. Et S. C. Rituum decrevit, etiam in altari ubi expositorum est Ven. Sacramentum,

¹ Series decretor., num. 400. — ² De Euch., cap. 4, qu. 17, i. f. — ³ Disp. 81, sect. 6, v. Quinto. — ⁴ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17, i. f. — ⁵ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 10. — ⁶ De Euch., qu. ult., punct. 9, n. 30. — ⁷ Tr. 5, cap. 4, n. 127. — ⁸ Part. 1, tit. 20, Nov. Observ., n. 7, v. Caeremon. — ⁹ Lib. 21, num. 461. — ¹⁰ Vasq., disp. 283, cap. 3, n. 26. — ¹¹ De Euch., part. 2, cap. 18, v. f., v. Denique. — ¹² De Sacrif. Miss., cap. 9, n. 19. — *Bened. XIV.* decret. *Accipimus*, de die 16 Jul. 1746, v. f. — *Caerem. Episcop.*

^{c)} Aversa, qu. 11, sect. 13, v. Tertio, afferit primo sententiam quea negat crucem requiri sub mortali in Missa, vel etiam requiri in altari ubi asservatur Corpus Domini, deinde addit: «Sed Gavantus... notat ibi etiam requiri, et ita magis communiter observatur».

^{d)} In quantum scilicet Suarez, disp. 81, sect. 6, v. Quinto; Vasquez, disp. 233, cap. 3, n. 26; Dicastillus, tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 9, n. 162, de sola cruce loquuntur. Et ita etiam a Croix, lib. 6, part. 2, n. 318, allegantur.

^{e)} In Caeremoniali Episcoporum id frusta quaesivi; habetur tamen in *Decr. auth. S. R. C.*, n. 1270, ad 2, diei 16 Junii 1663.

collocandam esse crucem cum imagine crucifixi^{a)}, ut habetur apud Merati et Lacroix¹³. — Crucifixus autem in altari non requiritur cum tanto rigore quo requiritur crux; nam per solam crucem jam habetur sacrificii cruentis repreaesentatio. Ita Bissus apud Merati¹⁴; et Suarez^{d)}, Vasquez^{d)}, Dicastillus^{d)}, etc., apud Croix^{d)}.

Dubitatur 2º. *An quando in altari est statua crucifixi requiratur alia crux?*

Affirmant Gavantus¹⁴ et Wigandt¹⁵; quia ex rubrica requiritur ut crux inter candelabra collocetur. — Sed negandum requiri, ex Caeremoniali Episcoporum^{e)}, ubi dicitur: *At in altari, in quo adest magna statua SS. Crucifixi, non est necesse ut ponatur alia crux dum celebratur Missa.* Idque confirmatum fuit per decretum S. C. Rituum 16 Junii 1663 (apud Merati¹⁶). — Et idem dicendum esse de imagine crucifixi depicta scribunt Pasqualigo^{f)}, Quarti et Giribaldi: ex decreto Sacrae Congregationis, ut refert Benedictus XIV in constit. *Accipimus*, sub die 16 Julii 1746^{g)}.

Crux autem non debet esse de praecerto benedicta; juxta decretum S. C. 12 Julii 1704 (apud Merati¹⁷). — Et idem docet Pignatelli¹⁸ de omnibus imaginibus in altari collocandis, dicens eas posse, sed non debere necessario benedici.

^{a)} Lib. 1, cap. 12, n. 11. — *Merati*, Series decretor., n. 604. — ^{b)} Lib. 6, part. 2, num. 321. — *Bissus*, Hierurgia, lit. A, num. 284, § 2. — ^{c)} Part. 1, tit. 20, Nov. Observ., num. 6. — ^{d)} Part. 1, tit. 20, lit. a, i. f. — ^{e)} Tr. 15, num. 63. — ^{f)} Series decret., n. 400. — *Quarti*, part. 1, tit. 20, dub. 10, dubit. 3. — *Giribaldi*, de Sacram., tr. 5, cap. 9, num. 20. — ^{g)} Part. 1, tit. 20, Nov. Observ., num. 7. Cfr. etiam Decr. auth. S. R. C., n. 2143, ad 1. — ^{h)} Tom. 9, consult. 186, v. *At his*.

ⁱ⁾ Pasqualigo ita profecto tenet, qu. 716, n. 3, quod tamen sic explicat: «Hoc autem ita accipi debet, ut crux iconis sit per se primo in ipsa icona, ita ut principali modo se habeat et non aliter, atque quod tali modo sita sit, ut censeatur exposita pro adoratione». Hinc negat satis esse si depictus foret Christus deferens crucem ad Calvarium, vel cum actu affigitur cruci, nondum erecta cruce; vel si depingeretur B. V. M. ante crucem sedens cum suo divino Filio in genibus.

^{j)} Benedictus XIV, in suo decreto *Accipimus*, v. *Secundo loco*, utique hoc dicit, et citat S. R. C.; atvero decretum istud est de magna statua SS. Crucifixi, quod superius relatum est.

Requiritur duplex candelae ex cera.

394. — «XIº. CANDELA accensa duplex ex cera: et quidem, secundum Fagundus, Reginaldum, Vasquez et alios, sub mortali^{a)}, contra Nuñez et Marchinum. «In necessitate tamen, praeciso scandalo, sufficit una, etiam ex sebo, vel lucerna aut lampas ex oleo. Vide Diana¹, Laymann², Azor³. — Sine omni autem lumine celebrare nunquam licet (card. Luogo⁴): adeo ut, si exstingueretur ante consecrationem, et aliud haberet non posset, Missam esse relinquendam, etiam in necessitate consecrandi pro moribundo viaticum, dicat Fagundez⁵ et Quintanadvenas⁶».

In rubrica sic habetur⁶: *Super altare collocentur.... candelabra saltem duo cum candelis accensis, hinc et inde in utroque ejus latere.*

Celebrare sine ullo lumine, lethale.

Litteras, ult., de celebrat. Miss., ubi graviter culpatur sacerdos qui sine igne, id est sine lumine celebrat. Et hoc, etiamsi urgeat necessitas ministrandi viatici; ut dicunt communiter Roncaglia⁷, [Contin.] Tournely⁸ cum Bellarmino⁹; item Lugo, Quarti, etc., apud Renzi¹⁰; et idem sentit Croix¹⁰ (contra Pasqualigo, cuius tamen

¹ Fagundus, de 1º praec. Eccl., lib. 3, cap. 22, num. 15 et seqq. — ² Regin., lib. 29, num. 196. — ³ Vasq., disp. 233, cap. 3, n. 25. — ⁴ Nuñez, qu. 83, art. 3, dub. 3, concl. 4. — ⁵ Marchin., tr. 3, part. 3, cap. 12, n. 4. — ⁶ Part. 2, tr. 14, resol. 45; cfr. etiam resol. 67. — ⁷ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 17, i. f. — ⁸ Part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 15. — ⁹ Disp. 20, num. 77. — ¹⁰ De 1º praec. Eccl., lib. 3, cap. 22, num. 19. — ¹¹ Part. 1, tit. 20. — ¹² De Sacrif. Miss., cap. 6, reg. in praxi, n. 6. — ¹³ Cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 11. — ¹⁴ Lugo, loc. cit., n. 77. — ¹⁵ Quarti, part. 1, tit. 20, dub. 11, diff. 3,

opinionem ipse Croix probabilem putat). — Unde recte censem Roncaglia¹¹, [Contin.] Tournely¹², ac Tamburinius¹³, Renzi¹⁴ (contra Croix^{d)} cum Gobat^{d)} et Leandro^{d)}: Lugo¹⁵ autem et Sporer^{d)}, quos ipse citat, id minime dicunt, immo potius oppositae sententiae adhaerent, quod si ante consecrationem deficiat lumen, omnino desistendum est a celebrando. Secus, si post consecrationem: quo casu^{e)}, si candelae statim possint reaccendi, dicit Pasqualigo apud Croix¹⁶ melius esse peregere, quia continuatio Missae pertinet ad unitatem sacrificii; et idem dicendum¹⁷ ait Quintanadvenas, si candelae non possint ita facile reaccendi, ut exspectandum sit ad quadrantem: ob eamdem rationem.

Recitare autem evangelium S. Joannis extinctis candelis, nullum esse peccatum dicit Quarti^{f)} cum Croix^{f)}; quia tale evangelium non est pars Missae, nam dicit post *Ite Missa est*. Sed probabilius dicunt Gavantus¹⁸ cum Merati¹⁹, candelae non debere exstingui nisi post evangelium, ut revera praescribit rubrica. Licet enim hoc evangelium olim ex arbitrio dicebatur, hodie tamen (ut advertit

Quid, si lumen definit intra Missam.

Candelae non extinguae nisi post ultimum evangelium.

gundez et Tamburinio, dicit abrumpendum esse Sacrum si lumen ante consecrationem extinguitur, quamvis adsit necessitas conficiendi sacramentum ad viaticum ministrandum; sed addit: «Negarem hunc rigorem, si huic utriusque classico doctori, habemur classicum, quem opponerem». — Et idem omnino dicit Sporer, part. 2, cap. 6, n. 381.

^{e)} Croix et Pasqualigo absolute loquuntur, non autem de solo casu quo post consecrationem id accideret.

^{f)} Croix, loc. cit., n. 397; Quarti, part. 2, tit. 12, dub. 2, negant esse peccatum si tunc una cedula extinguitur; veniale autem esse ajunt, si recitetur ultimum evangelium utraque cedula existinta. Unde non videntur adeo discrepare a sententia cui S. Alphonsus adhaeret.

Burius cum aliis communiter), dicitur ex obligatione ob mandatum S. Pii V. Non debet autem angi sacerdos, si, dum legit evangelium, minister candelas extinguit.

Item probabiliter ait Croix¹ cum Sporer, nullam esse obligationem accendendi tertiam candelam post *Sanctus*; sic enim hodie communius usus habet.

Dubitatur 1º. *An liceat celebrare cum candelis ex sebo vel oleo?*

Affirmat Toletus². Sed communiter DD. docent id esse mortale; quia talis usus est indecentissimus, et prorsus alienus ab universalis Ecclesiae consuetudine. Et hoc etiam in necessitate; ut sentiunt Suarez³ (loquens hic de candelis sebaceis), et Escobar⁴ cum Villalobos⁵ et Fagundez⁶.

Verum communiter et probabiliter Azor⁷, Wigandt⁸, [Contin.] Tournely⁹; Sporer¹⁰ cum Tanner et Tamburinio; Filiiuccius¹¹; et Bonacina¹² cum Vasquez¹³, Reginaldo¹⁴, Nuñez, Graffio¹⁵, dicunt licitum esse celebrare cum oleo vel sebo in necessitate: et probabile putat Escobar.

Burius, Brev. notitia Romanorum Pontificum, num. 285, sub Pio V. — ¹ Lib. 6, part. 2, n. 398. — *Sporer*, part. 2, cap. 6, n. 384. — ² Lib. 2, cap. 2, num. 6. — ³ Disp. 81, sect. 6, v. *Tertio*. — ⁴ Part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 15. — ⁵ Cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 11. — ⁶ Loc. cit., num. 382 et 383. — *Tann.*, tom. 4, disp. 5, qu. 10, n. 51. — *Tambur.*, Method. celeb. Miss., lib. 1, cap. 5, § 4, n. 2. — ⁷ De Euch.,

bar⁸), modo, ut bene advertit, scandalum absit. — Non approbo autem id quod dicunt Pasqualigo, Gobat et alii (quibus consentit Suarez, loquendo de lumine ex oleo), nempe non esse illicitum celebrare cum candelis ex oleo vel sebo, etiam ex sola devotione, si aliae haberi non possint. Nam haec non videtur causa gravis sufficiens ad excusandum a mortali; ut supra dictum est⁹.

Dubitatur 2º. *An liceat celebrare cum uno lumine cereo?*

Fagundez¹⁰ apud Roncaglia⁸ negat, et dicit hoc esse mortale. E converso, Filiiuccius¹¹, Azor⁹; et Bonacina¹² cum Suarez¹³, Vasquez¹⁴, Coninck, Reginaldo¹⁵, etc., censem nullum esse peccatum, praeciso scandalo. — Sed probabilius et communius puto cum [Contin.] Tournely¹¹, Toleto¹⁶ et Escobar¹⁷, qui citat Franciscum Lugo, id esse tantum veniale: a quo puto proinde quamcumque causam rationabilem, adhuc solius devotionis, secluso scandalo, excusare.

qu. ult., punct. 9, n. 31. — *Nuñez*, qu. 83, art. 3, dub. 3, i. f. — *Pasqual*, qu. 726, n. 8. — *Gobat*, tr. 3, n. 292. — *Suar.*, loc. cit. — ⁸ *De Sacrif. Miss.*, cap. 6, qu. 5. — ⁹ Part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 15. — ¹⁰ *De Euch.*, qu. ult., punct. 9, n. 31. — *Coninck*, qu. 83, n. 243. — ¹¹ Cap. 9, art. 2, sect. 7, qu. 11, resp. ad 3. — ¹² Lib. 21, n. 433. — *Franc. Lugo*, de *Sacram.*, lib. 5, cap. 7, n. 45.

⁸) Escobar, lib. 21, n. 458bis, scribit: « Existimo ob causam, etiam non valde gravem, celebrari licere cum igne ardente in sebo, modo absit scandalum. Sed primae sententiae [quae negat licere] libenter magis adhaeserim ». Et n. 456, dicit oleum licere in necessitate, « quamvis non sit gravis necessitas ». — Villalobos autem, part. 1, tr. 8, diff. 26, n. 4; Fagundez, de 1º praec. Eccl., lib. 3, cap. 22, n. 17, negant absolute licitum esse usum sebi; quamvis Villalobos, in aliquo casu; Fagundez vero, in gravi necessitate, oleum concedant. Qui proinde non recte citantur ab Escobar, n. 457.

⁹) Wigandt, tr. 15, n. 63; Filiiuccius, tr. 5, cap. 4, n. 126; Vasquez, disp. 233, cap. 3, n. 25; Reginaldus, lib. 29, n. 196, de solo oleo loquuntur.

¹⁰) Jacobus de Graffis, *Decis. aur.*, part. 1, lib. 2, cap. 43, n. 1, perperam allegatur a Bonacina; de necessitate enim non loquitur, et absolute scribit: « Quod lumen potest esse ex oleo vel ex candela sebacea; melius autem est ut sit ex cera...; et ita habetur in praxi ».

¹¹) S. R. C. prohibuit candelas ex stearina pro usu sacro. *Decr. auth.*, n. 2865; et 3376,

Non tamen devotio.

Celebrare cum uno cereo, veniale.

Celebrare sine antependio, veniale.

Pulvillus manutergium, vel bursa.

Quibus licet celebrare cum quatuor candelis.

Cetera requisita ad celebrationem.

Celebrare sine antependio, veniale.

Excepit.

Part. 1, tit. 20, lit. y. Cfr. *Decr. auth.* S. R. C., num. 441, 567, 1051. — ¹⁰ *Part. 2*, tr. 14, resol. 58. — *Gavant.*, part. 2, tit. 2, n. 2, lit. f. — ¹¹ *Method. celeb. Miss.*, lib. 1, cap. 5, § 6, num. 3. — ¹² *Loc. cit.*, n. 3. — *Petr. de Ledesm.*, de *Euch.*, cap. 21, concl. 6, — ¹³ *Loc. cit.*, n. 4.

¹ Part. 1, tit. 20, lit. y. Cfr. *Decr. auth.* S. R. C., num. 441, 567, 1051. — ² *Notif.* 34, n. 17. Cfr. *Decr. auth.* S. R. C., num. 1530, 1131 ad 21, 2984. — ³ *Method. celeb. Miss.*, lib. 1, cap. 5, § 6, num. 3. — ⁴ *Qu. 713*. — ⁵ Lib. 6, part. 2, num. 326. — ⁶ *Part. 1*, tit. 20. — ⁷ *Part. 2*, tit. 1, n. 1. — ⁸ *Part. 2*, tit. 1, n. 1, lit. o. — ⁹ Lib. 6, part. 2,

¹⁰) Restrictio haec: *Tum solum tamen cum in ipsis [Pontificalibus] celebrant*, referenda est non ad cardinales aut episcopos, sed ad abbes dumtaxat, quibus jubetur ut in Missis privatis... duas... tantum candelas super altare adhibeant». *Decr. auth.* S. R. C., n. 1131, ad 21.

¹¹) Quarti, licet eum Croix citet ut dicit S. Alphonsus, afferit tamen, *part. 1*, tit. 20, dub. 9, exceptionem quam S. Alphonsus inferius adducit, et dicit esse veniale communiter, « si anterior pars altaris, in qua pallium apponi solet, sit deformis et rudis, ita ut inde resultet indecentia contra reverentiam tanto sacrificio debitam ». Si vero frons alta-

pro cussino licite subrogatur legile, vulgo *lettoringo*. Item *MANUTERGIUM* cum pelvula: (*Parentur*) *ampullae vitreae viri et aquae cum pelvula et manutergio mundo*.

De *VELO* et *BURSA* dicitur in rubrica⁷: *Tegit* (sacerdos hostiam) *parva palla linea, tum velo serico. Super velo ponit bursam coloris paramentorum, intus habentem corporale plicatum*. Unde non bene agunt qui extra bursam deferunt corporale; ut recte ait Gavantus⁸, ubi refert S. Pium V dispensasse cum Hispanis, ut corporale extra bursam ferre possint. — Dicit autem Croix⁹ quod celebrare sine velo quando nullum habetur, non est peccatum; nam velum, manutergium, pulvillum, ait requiri tantum ob decentiam. Et idem censet de bursa cum Sporer.

^{395.} - « XIIº. Requiritur etiam *antependium, pulvillus, candelabra, bursa, velum, manutergium*; sed non benedicta: « et si quid ex his desit, ex profanis congreter mundis mutuo accipi, et deinde de priori usui reddi potest. Tamburinius⁸ ». — Recte dicit Busenbaum ista non benedici quia ipsa requiruntur tantum ad decentiam.

Celebrare sine *ANTIPENDIO* putat Pasqualigo⁴ nullum esse peccatum, maxime si ob paupertatem omittatur. Sed Quarti¹⁰ apud Croix⁵ dicit esse veniale. Et hoc puto probabilius; cum antipendium requiratur ex rubrica⁶, ubi dicitur: *Altare.... pallio quoque ornetur, coloris, quoad fieri potest, diei festo vel Officio convenientis*.

Exceptio.

¹¹ Part. 1, tit. 20, lit. y. Cfr. *Decr. auth.* S. R. C., num. 441, 567, 1051. — ¹² *Part. 2*, tr. 14, resol. 58. — *Gavant.*, part. 2, tit. 2, n. 2, lit. f. — ¹³ *Method. celeb. Miss.*, lib. 1, cap. 5, § 6, num. 3. — ¹⁴ *Qu. 713*. — ¹⁵ Lib. 6, part. 2, num. 326. — ¹⁶ *Part. 1*, tit. 20. — ¹⁷ *Part. 2*, tit. 1, n. 1. — ¹⁸ *Part. 2*, tit. 1, n. 1, lit. o. — ¹⁹ Lib. 6, part. 2,

²⁰) *Part. 1*, tit. 20, lit. y. Cfr. *Decr. auth.* S. R. C., num. 441, 567, 1051. — ²¹ *Part. 2*, tr. 14, resol. 58. — *Gavant.*, part. 2, tit. 2, n. 2, lit. f. — ²² *Method. celeb. Miss.*, lib. 1, cap. 5, § 6, num. 3. — ²³ *Qu. 713*. — ²⁴ *Loc. cit.*, n. 3. — ²⁵ *Petr. de Ledesm.*, de *Euch.*, cap. 21, concl. 6, — ²⁶ *Loc. cit.*, n. 4.

ris « sit ornatus lapidibus pretiosis, vel pictura vel simili modo, nullum erit peccatum in eo altari Sacrum facere sine pallio ».

^{396.} - ^{a)} Fagundez, de 1º praec. Eccl., lib. 3, cap. 21, n. 33, id concedit etiam sine licentia, si nempe causa non sit dubia. — Et Laymann videtur huic sententiae consentire, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 16, scribendo: « Notant... doctores episcopum vel ordinis praefatum ob causam, v. g. infirmitatis, licentiam dare posse sacrificandi capite opero... Immo, si causa ita celebrandi manifesta sit, non esse opus episcopi dispensatione docet Navarrus ». — ^{b)} Diana, loc. cit., resol. 58, non excipit canonem.

Celebrare operto capite, illicitem.

397. - Dubitatur 1º. *An sit licitum celebrare capite cooperto.*

Certum est hoc non licere, ex can. *Nulius, de cons., dist. I*, ubi dicitur: *Nullus episcopus, presbyter aut diaconus... praesumat... velato capite altari Dei assistere.* Accedit praeceptum Urbani VIII, in Missali Romano appositum, in quo praescribitur: *Nemo audeat uti pileolo in celebrazione Missarum sine expressa licentia Sedis Apostolicae, non obstante quacumque contraria consuetudine.* — Bene vero notat Croix¹, hoc praeceptum non obligari Chinenses, apud quos tegere caput est signum honoris, et detegere est irreverentia.

An autem sit mortale facere Sacrum cum pileolo vulgo dicto berrettino?

Affirmant^{a)} Angelus² et Armilla³; quia hanc reputant materiam gravem cum graviter repugnet reverentiae sacramenti. Negat vero Ledesma; et probabile^{b)} id putant Diana et Sporer, apud Croix⁴. — Sed non improbabiliter Quarti⁵, Pasqualigo⁶; et Escobar⁷ cum Villalobos⁸ et Francisco Lugo (praeter Tamburinius⁹) et alios apud Busenbaum, ut supra) distinguunt: et dicunt esse mortale celebrare totam Missam cooperto capite; securus, si usque ad canonem, secluso contemptu et scandalio.

Et consequenter probabile est id quod dicunt Palaus¹⁰ cum Sà, Vasquez, Azor;

¹ Lib. 6, part. 2, n. 400. — ² V. *Missa*, n. 8. — ³ V. *Missa*, num. 7. — *Ledesm.*, de Euch., cap. 21, concl. 6. — *Diana*, part. 2, tract. 14, resol. 58. — *Spor.*, part. 2, cap. 6, n. 416. — ⁴ Loc. cit., num. 400. — ⁵ Part. 2, tit. 2, dub. 8, diff. 1, v. *Tertia sententia*. — ⁶ Qu. 825, n. 3; et qu. 826, n. 3. — ⁷ Lib. 21, num. 495. — *Franc. Lugo*, lib. 5, cap. 8, num. 48. — ⁸ Tr. 22, punct. 10, num. 10. — *Sà*, v. *Missa*, num. 17, (in edit. genuina). — *Vasq.*, disp. 233, cap. 4, n. 38. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 16. — ⁹ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 16. — *Navar.*, lib. 3, consil. 7, n. 6, de celebr. Missar. — *Silvest.*, v. *Missa I*, qu. 2, § *Primum*. — *Henriq.*, lib. 9,

et Laymann⁹ cum Navarro, Silvestro et Henriquez; ac Croix¹⁰ cum Gobat et Castillo, nempe non esse illicitum sine dispensatione celebrare cum pileolo (excepto canone et praeciso scandalo) ex rationabili causa, si celebretur in loco privato; vel si causa ita celebrandi adstantibus sit manifesta, puta ob senectutem sacerdotis vel loci frigus, ita ut quis non posset celebrare capite nudo sine notabili incommodo^{e)}. Hinc ajunt [Contin.] Tournely¹¹, Parisiis; et Vasquez apud Croix, in Polonia, tempore hiemali esse in usu celebrare cum pileolo usque ad secretas^{f)}. — Idque approbat Benedictus XIV¹², saltem pro eo qui graviori laboraret morbo. Neque obstat dicit statutum Urbani VIII: non enim censendum, ait, Sedem Apostolica in casu extremo, et in morbo minime diurno, rem hanc illicitam declarare^{g)}.

Dicunt autem Suarez^{h)}, Bonacina^{h)}; Laymann cum Azor^{h)} et Sà; item Sporer, Filiuccius^{h)}, Rodriguez et alii, apud Croix¹³, quod, accidente causa, v. gr. infirmitatis, potest episcopus vel paelatus ordinis dare licentiam celebrandi capite operto amictu vel pileolo. — Sed id ne-gandum cum Gavanto et Aversa apud eundem Croix, ex decreto allato Urbani VIII, ubi expresse omnibus prohibetur sacrificare cum pileolo sine dispensatione apostolica. Idque confirmatum fuit

Sola Sedes Apostolica dispensat.

^{a)} Affirmant, si nimur fiat absque rationabili causa.

^{b)} Sporer hanc sententiam approbat, si fiat aliquali subsistente causa.

^{c)} Villalobos, part. 1, tr. 8, diff. 28, n. 11, assertum istud, uti scribit Escobar, innuit, dicens non fore peccatum grave, et forte nullum, si ex necessitate et privatum celebrando, caput cooperpertus usque ad canonem teneat.

^{d)} Tamburinius, loc. cit., absque hac distinctione id concedit, si tamen ex causa fiat.

^{e)} Non omnes auctores citati requirunt ut

celebretur in loco privato, vel ut causa sit adstantibus manifesta.

^{f)} Cont. Tournely loquitur de amictu usque ad secretas; Vasquez vero, de pileolo usque ad consecrationem.

^{g)} Benedictus XIV, loc. cit., id refert ex Silvio quem non reprobavit.

^{h)} Suarez, disp. 82, sect. 3; Bonacina, de Euch., qu. ult., punct. 9, n. 29; Azor, loc. cit., qu. 16; Filiuccius, tr. 5, n. 152, non loquuntur de hujusmodi facultate concessa episcopis aut paelatis regularibus.

celebretur in loco privato, vel ut causa sit adstantibus manifesta.

^{f)} Cont. Tournely loquitur de amictu usque ad secretas; Vasquez vero, de pileolo usque ad consecrationem.

^{g)} Benedictus XIV, loc. cit., id refert ex Silvio quem non reprobavit.

^{h)} Suarez, disp. 82, sect. 3; Bonacina, de Euch., qu. ult., punct. 9, n. 29; Azor, loc. cit., qu. 16; Filiuccius, tr. 5, n. 152, non loquuntur de hujusmodi facultate concessa episcopis aut paelatis regularibus.

a. decreto S. C. Rituum die 24 Aprilis 1626, ubi dictum fuit: *Facultas concedendi usum pileoli in Missa spectat ad Papam.* — Item hic obiter notandum aliud decretum ejusdem S. Congregationis 23 Augusti 1695, ubi: *Parochis ministraturis SS. Sacramentum infirmis non est licitum de die neque de nocte uti parvo pileolo sub praetextu infirmitatis, absque speciali S. Sedis licentia.*

398. - Dubitatur 2º. *An liceat celebrare cum capillito facto, vulgo dicto perrucca?*

Adest decretum S. C. Rituum, editum 3 Augusti 1652, ubi dictum fuit: *Missam non potest celebrari cum caesarie facta.* Dicit vero Pasqualigo^{a)} licere ex rationabili causa celebrare cum illa. — Sed advertit Croix¹ hoc etiam hodie vetitum esse per decretum Innocentii XI promulgatum in dioecesi Coloniensi die 21 Martii 1689, ubi sancitum fuit, *non posse episopos et nuntios apostolicos concedere licentiam sacerdotibus ejusmodi comes in actu celebrationis gestandi; omnibus et singulis praesribens^{b)}, ob reverentiam tanto sacrificio debitam, ut altari Dei non nisi detecto ac nudato capite assistere praesumant: idque sub poena suspensionis a divinis officiis.*

399. — « Plura de his omnibus vide apud auctores citatos, Gavantum, Diana, Laymann, Bonacina, card. de Lugo², Escobar³: ubi notat, etsi gravis sit obligatio servandi ritum celebrandiprae-

S. R. C., decretum 23 Aug. 1695; habetur in Decr. auth., num. 1981; cfr. etiam num. 1938. — ¹ Lib. 6, part. 2, qu. 15, concl. 1. — ² Cap. 9, art. 2, sect. 8. — ³ Quæst. prooem., sect. 2, punct. 1, v. *Haec sententia*. — ⁴ Victor. Premoli, Memoriale clericorum, part. 3, cap. 1, 7 et 8. — ⁵ Disp. 83, sect. 3; et disp. 84, sect. 2. — ⁶ Part. 1, lib. 10, cap. 29, qu. 6. — ⁷ De Eucharistia, qu. ult., punct. 7, § 3, num. 3.

398. - a) Pasqualigo, qu. 832, rationes quidem congerit ad licetatem probandam; sed concludit: « Haec pro parte affirmativa deduci possunt, quae consideranda relinquo, nihil decernens in hac nova difficultate ». — At inter Decreta auth. S. R. C., reperitur unum, de die 4 April. 1699, quod negat paelatus et canonicis cathedralis Missas celebrantibus licere gestare fictios capillos vulgo parrucca. *Decr. auth.*, n. 2027 ad 5.

b) Vicarius scilicet generalis, qui rescriptum Innocentii ad apostolicum nuntium, in dioecesi promulgabat.

« scriptum in rubricis Missalis, ideoque grave sit omittere, v. gr. oblationem hostiae vel calicis, vel infusionem modice aquae (Tamburinius⁴); nihilominus levitatem materiae saepe excusare a culpa mortali omissionem, etiam intra canonem, monet Escobar »⁵.

Quaeritur: *an rubricæ Missalis sint tantum directivæ, sive de consilio ad instruendum; vel sint praecryptivæ, obligantes ad culpam?* — Ante omnia, in hoc puncto praenotandum id quod habetur in bulla S. Pii V apposita in fronte Missalis, ubi sic dicitur: *Mandantes, ac districte omnibus et singulis... in virtute sanctae obedientiae praecipientes, ut caeteris omnibus rationibus et ritibus ex aliis Missali bus... in posterum penitus omissis, ... Missam juxta ritum, modum ac normam, quae per Missale hoc a Nobis nunc traditur, decenter ac legant. Neque in Missae celebratione alias caeremonias vel preces quam quae hoc Missali continentur, addere vel recitare praesumant.*

Ad quaesitum autem quatuor adsunt sententiae doctorum, qui in hoc punto valde confuse loquuntur.

Prima sententia, quam tenent Fagundez^{a)} et Henno apud [Contin.] Tournely⁶, dicit omnes rubricas esse directivas; cum ipsae non praecipient, sed tantum consulant vel instruant. — Sed hanc sententiam merito rejiciunt Quarti⁷ et Victorianus⁸.

Secunda sententia, quam tenent Suarez⁹, Azor¹⁰; Bonacina¹¹ cum Possevino^{b)}:

Alli dicunt omnes rubricas esse directivas.

Opinio merito reprobata.

Alli, omnes esse praecryptivæ.

n. 40 et 41 (edit. Lugd. s. d.). — *Henno*, de Euch., disp. 11, qu. 15, concl. 1. — ⁶ Cap. 9, art. 2, sect. 8. — ⁷ Quæst. prooem., sect. 2, punct. 1, v. *Haec sententia*. — ⁸ Victor. Premoli, Memoriale clericorum, part. 3, cap. 1, 7 et 8. — ⁹ Disp. 83, sect. 3; et disp. 84, sect. 2. — ¹⁰ Part. 1, lib. 10, cap. 29, qu. 6. — ¹¹ De Eucharistia, qu. ult., punct. 7, § 3, num. 3.

399. - a) Fagundez, quidquid dicat Cont. Tournely, non videtur tenere hanc absolutam sententiam; nam de 1º praec. Eccl., lib. 3, cap. 21, n. 7, scribit: « Regulas et praecryptiones Missalis, etiam quae litteris rubricatis notantur, communiter non obligare ad peccatum mortale ». Quibus verbis videtur sentire eas obligare sub veniali. Et n. 8, de rubricis circa defectus supplendos disputans, dicit eas esse directivas, sicut pariter n. 9, rubricas de precibus a sacerdote dum se vestit dicendis.

b) Possevinus, de Off. curati, cap. 2, n. 16,

item Coninck, Aversa, Lezana et Molfesius, apud Merati¹, dicit omnes rubricas esse *praeceptivas*, ex praefata bulla S. Pii^c). Unde censem omnes rubricas obligare sub gravi de genere suo, et tantum ratione levis materiae posse committi veniale.

Alii, alias
praeceptivas, alias
directivas.

Tertia vero sententia, quam tenent Gavantus², Lugo^d, Concina^e, Sporer^f, Holzmann^g, Elbel^h, Dianaⁱ, Renzi^j; Tamburinius^k cum Marchino (et probabilem putat Quarti^l), censem alias rubricas esse *praeceptivas*, alias *directivas*. Dicunt enim esse *praeceptivas*, rubricas illas in quibus apponitur verbum *graviter peccat*; vel quae aliunde sunt praescriptae a jure vel a consuetudine, prout sunt rubricae circa integratatem sacrificii, materiam et formam, jejenum, vasa, vestes, etc. *Directivas* autem esse, v. gr. orare ante vel post Missam, numerum collectarum, lotionem manuum, genuflexiones, cruces, etc. — Ex auctoribus vero hujus sententiae, alii, ut Concina, Tamburinius et Sporer, dicunt *praeceptivas* obligare sub gravi, *directivas* autem sub levi^e). Sed pace ipsorum, haec doctrina non sibi congruit: repugnat enim dicere rubricas esse tantum *directivas* et obligare ad culpam; quia si obligant, revera potius *praeceptivas* quam *directivas* dici debent. Melius

Coninck, qu. 83, n. 266 et 267. — Aversa, qu. 11, sect. 12, v. *Tertio*. — Lezana, Sum., v. *Missa*, n. 58 et 59. — Molfes., part. 1, tr. 1, cap. 7, n. 22, cum tr. 3, cap. 12, num. 26. — ¹ Part. 3, tit. 11, Nov. Observ., n. 1. — ² Part. 3, tit. 11, n. 1 et seqq., et n. 13. — ³ De Sacrif. Miss., cap. 10, n. 1. — ⁴ Part. 2, cap. 6, n. 423 et 424. — ⁵ De Euch., n. 376. — ⁶ Sacr., part. 1, confer. 20, de Altari, etc., num. 268. — ⁷ Part. 2, tr. 14, resol. 70; et part. 11, tr. 2, resol. 51.

tutiorem vocat istam sententiam; « sed non improbabilis, inquit, contraria, negans ista sub *praecerto* poni ».

^c) Lezana, loc. cit.; et Suarez, disp. 85, sect. I, v. *Ad primam confirm.*, excipiunt rubricas de supplendis defectibus, quas volunt esse tantum *directivas*.

^d) Lugo, disp. 20, n. 104 et seqq., valde obscure hanc sententiam, si modo eam teneat, tuerit. Praeterea addo auctores pro hac secunda sententia allegatos, in hoc quidem convenire, quod distinguunt rubricas in *praeceptivas* et *directivas*; non tamen omnes eodem modo diversis rubricis distinctionem applicant.

^e) Tamburinius et Concina negant dumtaxat rubricas *directivas* obligare sub mortali.

^f) Lugo pariter, loc. cit., n. 106, negat

igitur dicunt alii, ut Gavantus, Lugo^f, Holzmann et Elbel, rubricas *praeceptivas* obligare quidem ad culpam; non vero *directivas*, cum hae sint tantum materia instructionis et directionis, non *praecetti*.

Quarta vero sententia, quam sequor, et tenent Merati^g, [Contin.] Tournely^h et Quartiⁱ, distinguit rubricas in eas quae servantur *intra Missam*, sive in actu celebrationis, et in eas quae servantur *extra Missam*. — Dicimus igitur rubricas *intra Missam* tantum esse *praeceptivas*, et has tantum obligare, et quidem sub gravi, nisi levitas materiae excusat. Probatur 1º. ex Tridentino^j, ubi dicitur: *Si quis dixerit... approbatos Ecclesiae... ritus in solemini sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a ministris pro libito omitti, aut in novos alios... mutari posse, anathema sit.* Certum autem est quod celebratio Missae etiam ad sacramenti Eucharistiae administrationem pertinet. Probatur 2º. et expressius ex enuntiata bulla S. Pii, ubi ita dictum fuit: *Mandantes, ac districte omnibus... in virtute sanctae obedientiae praecipientes, ut... Missam juxta ritum, modum ac normam, quae per Missale hoc a Nobis nunc traditur, decantent ac legant.* Deinde additur: *Neque in Missae celebra-*

S. Doctor
dicit praeceptivas rubricas intra Missam tantum.

Omittere
genuflexio-
nes, benedi-
ctiones, in-
clinacio-
nes, etc., le-
ve pecca-
tum.

Quaenam
omissiones
sint graves.

tione alias caeremonias vel preces... addere vel recitare presumant. — Ex quo patet, falsam esse primam sententiam, necnon opinionem Pellizzarii^k et Renzii dicentium hanc bullam non obligare sub gravi, eo quod in ipsa tantum vetetur inductio novi ritus, non autem mutatio aut variatio caeremoniarum vel precum. Nam bulla duplex quidem *praecemptum* continet, et utique grave (cum *praecipiat districte et in virtute sanctae obedientiae*): unum, de non addendis aliis caeremoniis et aliis precibus non recitandis, praeter *praescriptas* in Missali: alterum, de celebrando *juxta ritum, modum (nota) ac normam* Missalis. Ad modum et normam quidem spectat, ne varientur caeremoniae in Missali *praescriptae*.

400. — Unde recte ait Croix^l cum Pasqualigo, non excusari a veniali sacerdotem qui omittit benedictiones, inclinationes, genuflexiones, etc., uti praescribuntur in rubrica. Et idem sentio cum Concina^m, de eo qui advertenter non genuflectit usque ad terram, vel tantum signat deosculari altare, vel perturbat benedictiones contra rubricae *praescriptum*. Item dicit Croixⁿ cum Pasqualigo, esse veniale facere ea nimis celeriter vel nimis prolixe.

— Praeterea rationabiliter addunt Concina^o, Wigandt^p, Croix^q et Roncaglia^r posse esse etiam mortale, si quis has caeremonias, esto non ex gravioribus, omittet in notabili parte.

Hinc probabiliter asserunt Roncaglia,

Renzi, cap. 4, qu. 14. — ¹ Lib. 6, part. 2, num. 422. — Pasqual., qu. 208, n. 4. — ² Lib. 6, part. 2, n. 422. — Pasqual., qu. 208, n. 5. — ³ De Sacrif. Miss., cap. 10, n. 3. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ De Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 4, resp. 3. — Roncaglia, loc. cit., qu. 2, resp. 2. — ⁶ Part. 1, tit. 16, dub. 6, diff. 3. —

^k) Pellizzarius, tr. 8, cap. 2, n. 132, videatur utique haec insinuare, licet non expresse nec satis perspicue.

^l) Concina, de Sacrif. Miss., cap. 10, n. 2, id silentio praetermittit.

^m) Wigandt, tr. 15, n. 75, satis innuit id posse esse mortale, dicens: « Peccatum ex genere suo veniale est omittere caeremoniam minoris momenti ».

ⁿ) Pasqualigo, qu. 229, n. 5, affert Verrielli tamquam huic opinioni patrocinantem, sed ipse eam non sequitur: « Verum, inquit, oppositum me docuit observantia... Et ideo hoc solum ex modo celebrationis dijudicari

Quarti^o et Pasqualigo^p non excusari a mortali sacerdotem absolvantem Sacrum infra quadrantem: a quo non videtur dissentire Gobat^q, dicens non posse intra quadrantem perfici Missam sine multis imperfectionibus. Unde merito ait Roncaglia cum Quarti et Pasqualigo, episcopos et praelatos regularium teneri sub gravi turpem ac scandalosam celeritatem extirpare. Et ab hoc reatu non excusari, recte consequenter ait Concina^r, qui ex crassa negligentia non curat caeremonias addiscere. — Optime hinc docet Benedictus XIV^s cum Quarti, Gobat^t, Cotonio^u, Bisso^v, Clericato, Roncaglia et communi, Missam non breviorem triente, nec longiorem dimidia hora debere esse: quia breviori spatio non possunt omnia debito decore peragi; et longiori, taedio esset adstantibus.

Hinc dicimus difficulter posse excusari a mortali sacerdotem qui infra quadrantem Missam absolveret, etiamsi Missa sit ex brevioribus, vel de S. Maria in sabbato; quia in tam brevi spatio committere debet duos graves defectus: alterum, *gravis irreverentiae* erga sacramentum, alterum, *gravis scanduli* erga populum.

— Et ne sine fundamento loqui videamus, ad trutinam utrumque vocemus, rem a suis principiis assumendo.

Nequit negari quod rubricae, in quantum pertinent ad caeremonias intra Missam servandas, omnes sint *praeceptivas*; ut probavimus n. 399, v. *Quarta*, cum

^o) Tr. 8, n. 814. — Roncaglia, de Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 2, resp. 2. — Quarti, loc. cit., dub. 6, diff. 4. — Pasqual., qu. 229, n. 7. — Notif. 84, n. 30. — Quarti, loc. cit., dub. 6, diff. 2, v. *Tertia regula*. — Clericato, Discord. forens. crimin., part. 6, discord. 49, n. 8. — Roncaglia, loc. cit., qu. 2, resp. 2.

Absolvens
Sacrum
infra qua-
drantem
difficile ex-
cusatur a
mortali.

Mortalis
irreveren-
tiae erga sa-
cramen-
tum, mor-
tale scanda-
lum populi.

rubricas de precibus dicendis dum sacerdos sese vestit, obligare sub mortali, « quia illa non est materia *praecetti*, sed instructionis et directionis ».

^o) Quaenam sit Merati sententia, non sat constare videtur; nam part. 3, tit. 11, Nov. Observ., n. 1, v. *Noster tamen*, adducit sententiam Suarri dicentis omnes rubricas ex genere suo obligare sub mortali: deinde sententiam Quarti, qui distinguit rubricas quae praecipiuntur in ipsa celebratione, quas vult obligare ex genere suo ad mortale, et alias quas dicit esse tantum *directivas*: deinde concludit: « Sententia Suarez, Quarti... alias sententiis est *praecerto* ». Sed cum duas et quidem diversas, Suario et Quarto sententias tribuat, non videtur sibi consentire.

potest ». Et addo Roncaglia et Quarti asserere communiter doceri mortale esse.

^p) Concina, loc. cit., cap. 10, n. 1, id satis perspicue innuit, dicens negligentiam illam crassam non videri carere implicito saltem contemptu.

^q) Gobat non satis recte a Benedicto XIV hic citatur, sicut nec Cotonius nec Bissus. — Gobat enim, tr. 3, n. 814, dicit circiter semi-horam impendendam esse; et n. 815, reprobat sacerdotes qui tres quadrantes impendunt.

— Cotonius, Controv. lib. 2, controv. 5, n. 104: « Ego non probbo, inquit, quod Missae celebrandae impendatur minus quam semihora,

[Contin.] Tournely, Quarti et Merati¹⁾, ex Tridentino²⁾ et ex bulla S. Pii V, ubi praecipitur *districtio... in virtute sanctae obedientiae..., juxta ritum, modum ac normam in Missali praescriptam decantari ac legi*. Ex quibus verbis *districtio et in virtute, etc.*, non dubitandum quin tale praecipuum circa Missae caeremonias sit quidem grave.— Quamobrem, sicut qui omittit caeremonias in materia levi non excusatur a levi culpa: ita qui in materia gravi, a gravi culpa non excusabitur; ut diximus mox supra cum Croix, Roncallia, Wigandt et Concina. Impossibile autem est Missam perfici infra quadrantem, quin omittantur aut verba aut caeremoniae, vel saltem quin notabiliter immunitur decentia et gravitas tanto sacrificio debita. Hoc sedulo animadvertisendum: quis enim forte dicet quod ipse bene pronuntiat integra Missalis verba, et bene adimplat cunctas Missae caeremonias. Verum, licet detur aliquis ita lingua et motu expeditus, ut intra tale tempus satisficeret omnibus Missalis verbis et caeremoniis; attamen saltem est moraliter impossibile quod iste celebret, quin notabiliter detrahatur ex una parte reverentiae ab eo praestandae erga sacrificium, et ex alia, quin ipse sit causa ut populus assistens non deficiat in veneratione quae eidem sacrificio debetur.

Porro, loquendo in primis de *veneratione* ab ipso celebrante erga Missam exhibenda, Tridentinum²⁾ ita nos instruit: *Quanta cura adhibenda sit, ut sacrosanctum Missae sacrificium omni religionis cultu ac veneratione celebretur, quivis facile existimare poterit, qui cogitarit, maledictum in sacris litteris eum vocari qui opus Dei facit negligenter. Quod si necessario fatemur, nullum aliud opus adeo sanctum ac divinum a Christifidelibus tractari posse, quam hoc ipsum tremendum mysterium...., satis etiam appetet omnem operam et diligentiam in eo po-*

¹⁾ Sess. 7, de Sacram. i. g., can. 18. — ²⁾ Sess. 22, decret.

nendam esse, ut quanta maxima fieri potest interiori cordis munditia et puritate atque exteriori devotionis ac pietatis specie peragatur. Proinde addit: Cum igitur multa jam, sive temporum vitio, sive hominum incuria et improbitate irrepsisse videantur, quae a tanti sacrificii dignitate aliena sunt: ut ei debitus honor et cultus ad Dei gloriam et fidelis populi aedificationem restituatur, decernit sancta synodus, ut ordinarii locorum episcopi ea omnia prohibere atque e medio tollere sedulo curent ac teneantur, quae vel avaritia (idolorum servitus) vel irreverentia, quae ab impietate (nota) vix sejuncta esse potest, vel supersticio (verae pietatis falsa imitatrix) induxit. — Primo igitur concilium declarat maledictionem (a Jerem. XLVIII) prolatam in negligenter exsequentes functiones cultui divino addictas, intelligi praecise fulminatam in sacerdotes celebrantes sine debita reverentia ac gravitate; subdens hujusmodi negligentiam eam invehere irreverentiam quae ab impietate vix sejuncta esse potest. Si autem caeremoniae in Missa ad eum quippe finem ab Ecclesia praescribuntur, ut debita praestetur reverentia erga tam venerabile mysterium, ipsas exhibendo cum eo decoro et gravitate, quae majestati tanti sacrificii convenient; quomodo unquam levis censeri poterit irreverentia Missae irrogata ab eo celebrante, qui tam celeriter illam solvendo, non poterit quidem celebrare absque plurimis defectibus, nimis quin verba, benedictiones et genuflexiones mutilet, quin indecenter se moveat et convertat, et quod magis dedecet, quin verba cum caeremoniis complectet, aut ipsa contra rubricarum praescriptum anticipet vel postponat? Quae sic agendo non poterit non notabiliter detrahere intrinseciae decentiae debitae sacrificio, quod expostulat, ut non tantum caeremoniae persolvantur, sed persolvantur cum gravitate convenienti, quae intra

de observ. etc., in celeb. Missar.

sicut nec plus quam duo quadrantes cum diudio; quando illi plures, praesertim saeculares, intersunt, ne tedium afficiantur. — Bis-sus denique, *Hierurgia, lit. B*, n. 135, scri-

bit: « Mediam... horam vel paulo minus esse in Missae celebratione impendendam ».

²⁾ De Merati vide notam g, ad n. 399, ubi auctor iste parum dilucide loquitur.

Scandalum
populi.

spatium tam breve sane adhiberi non potest. — Hoc quoad reverentiam ab ipso celebrante praestandam.

Respectu autem ad *venerationem ingenerandam adstantibus erga Missam*, attende id quod tradit idem Tridentinum¹⁾: *Cumque natura hominum ea sit, ut non facile queat sine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem sustollri; propterea pia mater Ecclesia ritus quosdam.... instituit. Caeremonias item adhibuit, ut mysticas benedictiones...., ex apostolica disciplina et traditione: quo et majestas tanti sacrificii commendaretur, et mentes fidelium per haec visibilia religionis et pietatis signa, ad rerum altissimarum quae in hoc sacrificio latent excitarentur. Ergo, sicut concilium docet, ad hoc sacrae caeremoniae institutae sunt, ut per talia visibilia signa fideles sacrificii majestatem et mysteriorum in eo contentorum sublimitatem animadverterant.* — Sed cum hujusmodi caeremoniae exhibentur nimis festinanter, sicut quidem oportet eas persolvere intra tempus tam breve; tunc ipsae non tantum minime ingerunt debitam venerationem erga Missam, sed insuper sunt causa ut in populo veneratione deficit. Ideoque, cum graviter laedatur finis caeremoniarum, sacerdos ita celebrans non valet excusari a gravi culpa propter grave scandalum quod populo praebet. Ac propterea apposite concilium Turonense anno 1583, praecipit ut sacerdotes bene instruantur in Missae caeremoniis, ne... *populum (verba concilii) sibi commissum a devotione potius revo- cent, quam ad sacrorum et tremendorum mysteriorum meditationem... et debitam eis impendendam venerationem invient.* Qui autem cum excessiva festinatione, et consequenter sine convenienti decentia Missam persolvit, non solum non invit assistentes ad contemplanda mysteria, nec ad exhibendam eis debitam venerationem; sed potius invit ad venerationem abiciendam; immo potius adstantium mentibus tentationes adversus fidem ingerit, auferendo aut saltem imminuendo credulitatem quod ibi Christus Dominus reali-

¹⁾ Sess. 22, de Sacrif. Miss., cap. 5. — Concil. Turon., tit. 8, de Sacrificio Missae, v. *Et ne quod;* ap. Labbe, tom. 21, col. 817. — Bellarm., de Genuit. columb., lib. 2,

ter adsit, dum spectant eum tam irreverenter a celebrante recognitum. Ex hoc quidem est illud scandalum et nocumentum quod a gravi culpa nequit excusari.

Ita res se habet. Sed heu, quot sunt superiores isti, et quot sacerdotes, qui de hoc sibi scrupulum injiciunt! Exclamat concionatores, exclamant scriptores recte docentes, quod ingens divexatio caeremoniarum, et consequenter quod Missae absolutio infra quadrantem non potest excusari a culpa gravi; sed quot sunt ii qui curam habent haec vitandi? — Hujusmodi corruptela non quidem calamo, sed lacrymis esset persequenda: dum quotidie cernimus, non solum maximam partem sacerdotum saecularium hoc tremendum sacrificium peragere pejus quam tractant res temporales levioris momenti, ita oscitanter, ut nullam de tanto mysterio fidem habere videantur; sed (quod deplorabilius) etiam religiosi adhuc arctioris observantiae, qui in aliis rebus spirituibus agendis magnam diei partem inserviant, Missam vero, quae omnium est divinissimum, non dubitant brevissimo tempore perficere: nec ipsi ab hoc detestabili abusu se abstinent, nec praelati eos corripere curant. — En quomodo de hoc conqueritur Ven. card. Bellarminus (relatus in bulla *Annus qui, etc.* nostri Summi Pontificis Benedicti XIV): *Aliud est etiam lacrymis uberrimis dignum, quod ob nonnullorum sacerdotum incuriam aut impietatem sacrosancta mysteria tam indecora tractentur, ut qui illa tractant videantur non credere majestatem Domini esse praesentem. Sic enim aliqui sine spiritu, sine affectu, sine timore et tremore, festinatione incredibili Sacrum perficiunt, quasi fide Christum Dominum non videant, aut ab eo se videri non crederent.*

401. — Dicit autem Merati²⁾, praeter rubricas Missalis quae considerantur tamquam regula proxima sacrorum rituum, adesse etiam decreta S. C. Rituum, quae censeri debent pariter ut regula proxima; cum haec S. Congregatio facultatem habeat declarandi omnia dubia quae circa ritus insurgunt, prout colligitur ex con-

cap. 5. — *Benedict. XIV*, bulla *Annus qui*, § 15, de die 19 Februar. 1749. — ²⁾ Part. 3, tit. 11, Novae Observat., num. 3.

Abusus ge-
neralis.

Quid de de-
cretis S. C.
Rituum.

stitutione Sixti V: et ideo ejus resolutiones habentur tamquam Pontificis oracula. — Notat vero non omnes ejus declarationes dici *decreta* rigorose sumpta; sed tantum ea quae emanant in forma rigorosa decreti vel saltem in fine habent aliquam decreti clausulam, puta, *ab omnibus servetur*; *servari ab omnibus mandavit*, etc. Si vero sunt *declarationes tantum dubiorum*, tunc, juxta nonnullorum opinionem censentur dumtaxat directivae; reputantur enim sapientissimorum viorum responsa. Verum ait Ursaja hujusmodi resolutiones praferendas esse aliorum doctorum opinionibus. — Hucusque Merati.

Idem sentit Eusebius Amort¹. — In sequenti autem *qu. 10*, querit quid agendum, si in aliqua dioecesi vel ordine religioso vigeat consuetudo contraria rubricis? Et sic respondet: *S. C. Rituum constanter tolerat consuetudinem, saltem immemorialem contrariam rubricis. Itaque tua conscientia, licet se conformare consuetudini dioecesanae, praesertim in rebus levioris momenti quae non... cedunt in deformitatem cultus publici.* Idque eruit ex pluribus decretis S. Congregationis apud Merati, ubi ait apparere non rejici consuetudines, nisi contineant positivam indecentiam, quae nequeat decenter tolerari.

402. — Praescribit autem rubrica celebrantem debere esse *calceatum*. — Ad hoc tamen sufficit ut sit indutus crepidis, vulgo

Celebrans,
sub veniali
calceatum
esse debet.

Sixtus V, constit. 74 in Bullar. Cherubini, (in Bullar. Mainardi, const. 117) *Immensa*, de die 22 Januar. 1577, Congr. 5. — *Ursaja*, tom. 1, part. 1, *discept. 7*, num. 22. — ¹ De Sacrif. Ordinis, § 25, qu. 9. — *Merati*, Series decretor., num. 2, 4, 5, 24, 26. — ² Lib. 6, part. 2, n. 899. — ³ Disp. 82, sect. 3, v. f. — ⁴ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 15, i. f. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Disp. 20, n. 102. — ⁷ Tr. 22, punct. 10, num. 9. — ⁸ De Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 3. — ⁹ De Euch.,

dictis *pianelle*, seu *pantofole*; ut recte ait Croix², et communis usus habet.

Commune autem est quod celebrare sine causa *nudis pedibus*, secluso contemptu, non excedit veniale. Ita Suarez³, Laymann⁴, Croix⁵, Lugo⁶, Palaus⁷, Roncaglia⁸, Bonacina⁹; et Salmant.¹⁰ cum Vasquez¹¹, Sà, Coninck¹² et aliis passim; contra Silvestrum¹³. — Diximus: *sine causa*; nam ex necessitate aut rationabili causa, dicunt Croix¹¹ cum Sporer et Pasqualigo; item Laymann et Philibertus¹⁴, apud Salmant.¹², nullum esse peccatum.

Dicit etiam Croix¹⁵ cum Vasquez, Dicastillo et Gobat, eum qui non posset celebrare sine *baculo*, liceat posse illo uti. Additque ibid. Gobat quod si quis nequirit celebrare nisi utroque brachio super altari innixo, liceat sic celebraret privatim; non autem publice, nisi hoc faceret ex necessitate¹⁶. Hoc tamen puto non excedere veniale: a quo videtur excusari posse qui ob infirmitatem nequirit rectus stare, et ex sua devotione vellet celebrare, modo vitetur populi admiratio. — Dicunt etiam Croix¹⁴ et Pater Concina¹⁵, quod si quis non possit elevare hostiam, sed potest reliqua, potest celebrare privatim; et etiam publice¹⁷, si adsit necessitas et populus moneatur. Sed puto satis esse populum tantum monere si quis ex devotione celebret.

403. — « Unde veniale tantum erit:

« 1º. Omittere orationes dici solitas, dum sacerdos se induit; ut (contra Na-

qu. ult., punct. 9, num. 29. — ¹⁰ Tract. 5, cap. 4, n. 100. — Sà, v. *Missa*, n. 15. — ¹¹ Loc. cit. - *Spor.*, part. 2, cap. 6, n. 416. — *Pasqual.*, qu. 824, n. 9. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 15, i. f. - ¹² Tr. 5, cap. 4, n. 100. — ¹³ Lib. 6, part. 2, n. 402. — *Vasq.*, disp. 233, cap. 4, n. 38. — *Dicast.*, tr. 5, de *Sacrif. Miss.*, disp. 4, dub. 10, n. 215. — *Gobat*, tr. 3, n. 385. — *Ibid. ap. Croix.* - *Gobat.*, tr. 3, n. 744 et 745. — ¹⁴ Lib. 6, part. 2, n. 427. — ¹⁵ De *Sacrif. Miss.*, cap. 10, n. 4.

Rationabi-
lis causa
excusat.

Quid de
celebrante
utroque
brachio
innidente
super alta-
ri.

Quid de
co. qui ne-
quit eleva-
re hostiam.

Omissio-
nes leves in
Missa.

« varrum, Silvium¹⁸ et Azor) docent Laymann, Fagundez, Diana¹. — Lotiotion ante manuum ante vel post Missam, etsi facile omitti non debeat, non videri sufficientem materiam rigorosi praecepiti, tenent Suarez et Tamburinius².

« 2º. Omittere *Gloria* vel *Credo*, vel in canone nomen alicujus Sancti, vel ea quae tempore paschali interponuntur inter *Communicantes* aut infra actionem. Diana³ ex *Filiuccio*, Quintanadvenas, etc. — In Missa autem quae cantur, non legere evangelium submissa voce, Diana⁴ negat esse peccatum, ex Sanchez et aliis decem: quod rubrica sit tantum directiva.

« Si quis autem in Missa advertat alii quid a se omissum, regulariter non esse repetendum ait Suarez et Tamburinius⁵. — Dicit: *regulariter*. Quia 1º. si sit de substantia, v. gr. aliquid pertinens ad consecrationem, certum est debere repeti. 2º. Si dum secreto orat, post pauca verba certo advertat se aliquid notabile omisisse, v. gr. die Paschae *Communicantes*, paululum regrediendum esse et repetendum censem Tamburinius⁶. Ita *Filiuccius*, Diana⁷, Escobar⁸. — Ita communiter omnes cum Sporer⁹: qui recte infert cum aliis, nullo modo esse repetenda *Gloria* aut *Credo*; aut praefationem, sive *Communicantes*, *Hanc igitur*, propria, si omessa fuerint; vel evangelium aut epistolam, si dicta est una pro alia.

¹⁸ Cap. 9, art. 2, sect. 8, v. *Ceterum*, et v. *Quod pertinet ad*. — ¹⁹ Loc. cit., n. 425. — ²⁰ De *Sacrif. Miss.*, cap. 10, part. 1, lib. 10, cap. 29, qu. 5. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 12, i. f. — *Fagund.*, de 1º *praecc.* *Ecc.*, lib. 3, cap. 21, num. 9. — ²¹ Part. 2, tr. 14, resol. 41. — *Suar.*, disp. 82, prooem. — ²² Method. celebr. *Miss.*, lib. 1, cap. 7, § 7. — ²³ Part. 2, tr. 14, resol. 49 et 59; cfr. part. 9, tr. 8, resol. 53. — *Fili.*, tr. 5, num. 155. — *Quintanad.*, tract. 7, singul. 39, n. 5. — ²⁴ Part. 2, tr. 14, resol. 42; cfr. part. 9, tr. 6, resol. 19. — *Sanct.*, Consil., lib. 7, cap. 2, dub. 13. — *Suar.*, disp. 85, sect. 2, concl. 2. — ²⁵ Method. celebr. *Miss.*, lib. 2, cap. 5, § 2, num. 24. — ²⁶ Loc. cit., num. 25 et 26. — *Fili.*, tract. 5, num. 155. — ²⁷ Part. 2, tract. 14, resol. 59. — *Escob.*, tr. 1, exam. 11, cap. 4, num. 40 (edit. Lugd. s. d.). — ²⁸ Part. 2, cap. 6, num. 433. — ²⁹ Disp. 83, sect. 3. —

Omittere
partes ordi-
narias, le-
thalie ex ge-
nere suo.
Casus par-
ticulares.

secundum Dire., calceamenta, licet de bene esse et non necessario benedicta».

c) Philibertus Marchinus, *tr. 3, part. 3, cap. 14, n. 3*, pro hac limitatione a Salmant. citatus, eam revera silentio praetermitit.

d) Quod si necessitas illa, addit Gobat, sit futura frequens, monito superiore legitimo». Quod Croix, *loc. cit.*, n. 402, non notavit.

e) Concina loquitur de sola privata celebratione.

403. — a) Silvius, in *qu. 83, art. 6, qu. 3, n. 8*, (edit. Antverp. 1622) videtur Navarro consentire, eo quod illum non reprobat. Sed edit. Antverp. 1667 et Veneta 1726, *loc. cit.*, adducit etiam Navarri sententiam, quam dicit aliis duram videri, et addit: « Probabile ergo est non futurum mortale, si sine contemptu

omnes omittantur». Hic enim est sermo de omissione *omnium* illarum precum.

405. — a) Diana, *part. 2, tr. 14, resol. 49*, negat peccare mortaliter sacerdotem qui ex intentione omittit in canone nomen alicujus Sancti, « quia in hac materia datur etiam parvitas materiae». — Et *Filiuccius*, *tr. 5,*

Idem dicendum, si quis omittet de cem vel octo nomina Sanctorum; ut verius censem Salmant.¹ et Diana² (contra Bernal et Pasqualigo). — Putant autem Concina³ et Nuñez apud Renzi⁴, esse etiam mortale omittere unius vel alterius Sancti nomen. Sed rectius et communiter id negant [Contin.] Tournely⁵, Roncaglia⁶, Salmant.⁷; Croix⁸ cum Filliuccio⁹, Aversa¹⁰ et Diana¹¹; Elbel¹², Sporer¹³; Renzi¹⁴ cum Suarez et Granado. — Et probabiliter Quarti¹⁵, Tournely et Roncaglia excusant a culpa gravi omittere tria vel quatuor nomina Sanctorum.

406. — *Veniale* autem est omittere *Kyrie eleison*; ut Roncaglia¹⁶, Diana¹⁷, Wigandt¹⁸ et Elbel¹⁹. — Idem dicunt Mazzotta²⁰, Lugo²¹ et Tamburini²², de evangelio S. Joannis; contra Roncaglia¹⁶, qui

¹ Tr. 5, cap. 4, n. 118. — ² Part. 10, tr. 16, resol. 36. — ³ Bernal, de Sacram., disp. 6, n. 98. — ⁴ Pasqual., qu. 202, n. 8. — ⁵ Nuñez, qu. 83, art. 4, dub. 2, concl. 2. — ⁶ Cap. 4, qu. 16. — ⁷ Cap. 9, art. 2, sect. 8, v. *Quod spectat*. — ⁸ De Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 4, resp. 1. — ⁹ Tract. 5, cap. 4, n. 118. — ¹⁰ Lib. 6, part. 2, n. 418. — ¹¹ Cap. 4, qu. 16. — ¹² Suar., disp. 83, sect. 3. — ¹³ Granad., in 8 P., controv. 6, de Euch., tr. 14, disp. 14, num. 3. — ¹⁴ Quæst. proœm., sect. 3, punct. 8, v. *Dico 4*. — ¹⁵ Cont. Tourn., loc. cit. —

Aliae o-

missiones

veniales.

non improbabiliter ait cum Suarez¹⁰, hujus omissionem esse mortale: saltem dico, si adsit scandalum. — *Veniale* est omittere unam vel alteram crucem super oblatam, vel tensionem pectoris, aut elevationem manuum¹¹. Roncaglia¹⁶ et Diana¹⁷. — Idem ait Croix¹⁸ cum Quarti de omissione psalmi *Judica*, signi crucis super aquam, ablutionis digitorum in Missa et similium.

Veniale etiam est omittere unam ex tribus collectis principalibus; ut communiter dicunt Tournely¹⁹, Concina¹⁰, Elbel¹²; et Croix²⁰ cum Quarti. Immo Tamburini¹² putat nec etiam esse mortale omittere duas ex his orationibus; sed alii rectius contradicunt. Suarez¹⁰, Palau¹¹, Concina¹⁰, Salmant.¹² et Sporer¹³: qui addit quod si omissa sit prima oratio, ipsa cum secreta est recitanda, non vero

Ronc., loc. cit. — ¹⁰ De Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 4, resp. 2. — ¹¹ Tr. 15, n. 75, resp. 3. — ¹² Sacr., part. 1, confer. 20, de Altari, etc., n. 288. — ¹³ Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 5, § 2, qu. 1, v. f. — ¹⁴ Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 5, § 2, n. 5. — ¹⁵ Loc. cit., qu. 4, resp. 1. — ¹⁶ Loc. cit., qu. 4, resp. 3. — ¹⁷ Part. 5, tr. 5, resol. 45. — ¹⁸ Lib. 6, part. 2, n. 417. — ¹⁹ Quarti, qu. proœm., sect. 3, punct. 1, collig. 1; et part. 2, tit. 7, sect. 3, dub. 2 et 3. — ²⁰ De Sacrif. Miss., cap. 10, n. 3. — ²¹ Loc. cit., n. 421. — ²² Quarti, part. 1, tit. 9, dub. 1.

cap. 5, n. 155, *veniale* esse ait « si omittatur nomen alicujus Sancti, vel tempore paschali ea quea interponuntur in c. *Communicantes*, aut in actione *Hanc igitur oblationem*, etc.

^{b)} Concina additus esse videtur ex amanuensis vel typographi oscitania. Renzi enim, postquam exposuit sententiam dicentem esse *veniale*, addit: « Contrarium dixit Nugnus », ita ut loco verbi *Contrarium*, amanuensis vel typographus legerit et scriperit *Concina*. Atvero Concina, loc. cit., cap. 10, n. 2, sicut ipse S. Alphonsus, id dumtaxat *veniale* esse *asservat*.

^{c)} Filliuccius, tr. 5, cap. 5, n. 155; Aversa, qu. 11, sect. 12, v. *Quarto*; Diana, part. 2, tr. 14, resol. 49, dicunt esse *veniale* omittere aliquem Sanctum. Non igitur recte citantur a Croix. — Sporer autem, part. 2, cap. 6, n. 426, *veniale* esse ait omittere « unum et alterum verbum canonis, nomen unius Sancti in orationibus ante et post consecrationem ».

^{d)} Elbel, *Sacram.*, part. 1, confer. 20, de Altari, etc., n. 283, *veniale* esse ait « si quis omitteret.. unum dumtaxat verbum in canone ».

406. — ^{a)} Diana, part. 2, tr. 14, resol. 59, non loquitur de *Kyrie eleison*.

^{b)} Lugo, de *Euch.*, disp. 20, n. 104, tacitus prætermittit evangelium S. Joannis.

^{c)} Suarez, disp. 83, sect. 3, non citatur a

Roncaglia, et videtur loqui de omissione primi evangelii; dicit enim: « Est ergo aliqua culpa, mortalis quidem, si notabilis pars omittatur ut v. gr. epistola, evangelium, vel alia similis quae sunt veluti membra principalia, ut sic dicam, unius corporis heterogenei ».

^{d)} Licet S. Alphonsus in 2^a jam editione legerit *lavationem manuum*; attamen Roncaglia et Diana, quos citat, dicunt *elevationem manuum*, ut hic scribitur.

^{e)} Cont. Tournely, loc. cit., sect. 8, v. *Ceterum*, lethale esse negat « si omiserit tantum unam aut aliam collectam ». — Et idem dicunt Tamburini, loc. cit., n. 5; et Suarez, loc. cit. — Elbel autem, loc. cit., n. 283, negat esse lethale omittere « solum.. orationem ordinariam ».

^{f)} Palau, non loquens de collectis, scribit: tr. 22, punct. 11, n. 1, mortalem esse omissionem « cuiuslibet partis integræ ex his quæ pro omni sacrificio sunt ab Ecclesia institutæ ».

^{g)} Concina, cap. 10, n. 3, dicit *veniale* esse omissionem principalis collectæ « uno tantum in loco »; mortalem vero omissionem, « tribus in locis ».

^{h)} Salmant., loc. cit., n. 112, id non habent.

ⁱ⁾ Sporer, n. 426, *veniale* esse ait omittere « collectam vel commemorationem aliquam ». Et n. 433 additionem affert quæ ipsi a S. Alphonso tribuitur.

postea. — Ita de collecta propria: nam aliae orationes quae praeter eam adduntur in Missa, non erit mortale eas omittere; ut Palau¹ et Concina².

Si autem in Missali verba canonis sint detrita, et non possit aliud Missale haberi, nisi post longum tempus; illa omittere cum memoria non tenentur, nullum est peccatum. Mazzotta³; et Croix⁴ cum Pasqualigo et Verricelli⁵. — Id tamen intelligendum si sacerdos hoc prius non adverterit.

407. — *Mutilare* autem verba, aut syncope intermedia, salvo sensu et secluso scandalo, non est plus quam *veniale*. Croix⁴ cum Pasqualigo et Quarti, ac Mazzotta⁵: qui probabiliter addit nullum esse peccatum, si id ex naturali defectu fiat.

408. — Peccaret quidem sacerdos, si in purificatione calicis sola aqua uteretur: cap. Ex parte 5, de celebr. Missar., ubi dicitur: *Semper sacerdos vino perfundere debet, postquam totum accepit Eucharistiae sacramentum*. Sed hoc non erit plus quam *veniale*; ut communiter dicunt Concina⁶, Pasqualigo⁷; et Croix⁸ cum Tamburino: qui id etiam a *veniali* excusat, si sacerdos sit abstemius, contra Gavantum⁹. — In ablutione autem digitorum, dicunt Pasqualigo¹⁰, Quarti¹¹, Gobat apud Croix; et Bissus apud Merati¹² nullum esse peccatum solam aquam adhuc.

¹ Tr. 22, punct. 11, n. 1. — ² Tract. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 5, § 2, qu. 2, resp. 2. — ³ Lib. 6, part. 2, num. 418. — ⁴ Pasqual., qu. 202, n. 10. — ⁵ Loc. cit., n. 442. — ⁶ Quarti, part. 1, tit. 16, dub. 4, v. Dico 2. — ⁷ Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 5, § 2, qu. 3, i. f. — ⁸ Cap. 10, n. 3. — ⁹ Qu. 209, n. 2 et 4. — ¹⁰ Loc. cit., n. 423. — ¹¹ Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 3, cap. 9, n. 5 et 6. — ¹² Quæst. proœm., sect. 3, punct. 6, i. f. — ¹³ Gobat, tr. 3, n. 852. — ¹⁴ Croix, loc. cit. — ¹⁵ Bissus, Hierurgia, lit. A, num. 426. — ¹⁶ Part. 2, tit. 10, rubr. 5, Nov. Obs., n. 21. — ¹⁷ Cap. 10, n. 3. — ¹⁸ Bawdry, Man., part. 3, cap. 7, tit. 10 bis, rubr. 5, n. 2. — ¹⁹ Cabrin, Epitome SS. Rit., cap. 13, n. 18. — ²⁰ Arnaud, Epitome, tr. 1, part. 2, tit. 10, n. 9. — ²¹ Loc. cit., n. 20. — ²² Tonell., Enchirid., lib. 2, tit. 10, rubr. 5, n. 3. — ²³ Castald., lib. 2, sect. 8, cap. 7, n. 9. — ²⁴ S. Pius V, epist. ad archiep. Tarraconen., die 8 Januar. 1571; habetur etiam in Archiv. Vatic. — ²⁵ S. Pius V, ad Princip., anno V, vol. 15, fol. 289^t et 290. — ²⁶ Part. 2, tit. 10, n. 5, lit. y.

^{j)} Concina, loc. cit., ita sane docet, « dummodo tot non omittantur, quæ simul sumptæ constituent materiam gravem ».

^{k)} Verricelli male citatur a Croix; etenim, de apostol. Missionib., qu. 301, hoc assertum non habet.

^{l)} Gavantus scilicet, part. 2, tit. 10, n. 5, lit. y, scribit: « Nec abstemii debent sine vino purificare calicem, Papa inconsulto, ex Romana praxi ».

^{m)} Pasqualigo, qu. 209, n. 7: « Quod spectat, inquit, ad usum aliquorum solius aquae, an sit laudans, remitto prudentum iudicio. Hoc pro certo habeo, quod melius sit servare

Item in ablutione digitorum, seclusa rationabili causa.

Quomodo sit sumendus San-

Quantitas vini ad purificati- nem calicis.

Omittere partes extraordi- narias, ve- niale, nisi quantitas sit notabi- lis.

notabilem materiam constituerent; ut bene advertunt Concina¹ et Wigandt², quid dicant Quarti et Pasqualigo, apud Croix³. Vide dicta n. 400.

Veniale autem tantum erit omittere *Gloria* aut *Credo*, sequentiam, collectas (praeter propriam Missae); tractum, prae-fationem, vel *Communicantes*, aut *Hanc igitur*, specialia⁴. — Ita communiter Concina⁴ et Wigandt⁵, Palaus⁶, Roncaglia⁷, Mazzotta⁸; Elbel⁹ cum Henno; et Croix¹⁰ cum Lugo, Diana et Filiuccio.

Lotione manuum ante et post Missam. — Lotio manuum ante Missam debet fieri saltem sub veniali; et sub gravi, si manus sint valde immundae, propter reverentiam sacrificii: ut recte dicunt Roncaglia¹¹; et [Contin.] Tournely¹² cum Quarti et aliis. — Omittere vero lotionem post Missam nullum erit peccatum, ut recte ait Croix¹³ cum Quarti.

410. — Dubitatur 1^o. *An peccent mortaliter regulares qui in canone nominant nomen sui generalis vice episcopi?*

Affirmant Viva¹⁴, Renzi¹⁵ et Diana¹⁶: ex quadam declaratione S. Congregatio-nis¹⁷, apud Rodriguez et Villalobos. — Sed negant Sporer, Rodriguez¹⁸, Tamburi-nius et Bordonus, apud Croix¹⁷. Quia, ut dicunt, haec non videtur gravis materia,

¹ De Sacrif. Miss., cap. 10, num. 3. — ² Tr. 15, n. 75, resp. 3. — ³ Quarti, Quaest. prooem., sect. 3, punct. 1, v. Collig. 4. — ⁴ Pasqual., qu. 200, n. 9. — ⁵ Lib. 6, part. 2, num. 420. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Loc. cit., num. 75. — ⁸ Tr. 22, punct. 11, n. 1. — ⁹ De Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 4, resp. 2. — ¹⁰ Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 5, § 2, qu. 1, resp. 2. — ¹¹ Confer. 20, de Altari, etc., n. 284. — ¹² Henno, de Euch., disp. 11, qu. 15, resol. 2. — ¹³ Loc. cit., num. 420. — ¹⁴ Lugo, disp. 20, n. 107. — ¹⁵ Diana, part. 2, tr. 14, resol. 59. — ¹⁶ Filiu., tr. 5, n. 155. — ¹⁷ De Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 1, resp. 2. — ¹⁸ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 4. — ¹⁹ Quarti, part. 1, sect. 1, dub. 5. — ²⁰ Lib. 6, part. 2, n. 418. — ²¹ Quarti, part. 2, tit. 12, dub. 4. — ²² De Euch., qu. 5, art. 7, n. 1, v. Sequitur 2. — ²³ Cap. 4, qu. 16, v. *An autem.* — ²⁴ Part. 2, tr. 14, resol. 40. — ²⁵ Rodriguez, Sum. (hispan.),

haustu, ut totum Sanguinem cum particula bibat».

409. — ^{a)} Id quod S. Alphonsus n. 404 nota-vit, hic quoque notandum est, scilicet non omnia haec reperiri apud omnes citatos autores.

410. — ^{a)} Declaratio illa S. R. C., quae est de die 12 Nov. 1605, dicit: «Animadversione dignos esse censuit [S. Cong.] eos religiosos qui, antistitis nomine tacito, ejus loco in pre-cibus sive in canone, suae religionis super-iorem nominant». *Decr. auth.*, n. 194. — *Cfr. Decr. auth.*, n. 924, ad 6; 1333, ad 9.

^{b)} Rodriguez, loc. cit., negat se condemnata-

et de tali declaratione authenticę non constat.

Notandum autem quod in canone debet nominari episcopus, non celebrantis (ut putat Croix¹⁸), sed loci; ut universalis usus habet (saltem apud nos), et cum communi sententia tenent Merati¹⁹; et Gavantus, Gobat, etc., apud Croix²⁰: ex declaratione S. Congregationis²¹. — Et probatur clare ex rubrica²², ubi dicitur quod si episcopus loci sit vita functus, omittitur nominari episcopus.

Dubitatur 2^o. *An sit veniale omittere orationes ante vel post Missam?*

Affirmant²³ Salmant.²⁴ cum Fagun-dez et Leandro, loquendo tamen de illis quae post Missam assignantur. — Sed communiter negant Gavantus²⁵, [Contin.] Tournely²⁶, Antoine²⁷, Holzmann²⁸, Pa-laus²⁹, Tamburinius²⁹, Elbel³⁰ et Ronca-glia³⁰. Quia in rubrica non adest de illis praeceptum; sed tantum insinuatio, cum ibi in praeparatione Missae solummodo dicatur: *Orationes pro temporis opportu-nitate* (hoc est commoditate) dicenda. Qua de re Gavantus ait: *Inde patet nullum esse peccatum, si celebraturus eas omit-tat; et communius omittuntur... a sacer-dotibus.* — Hoc tamen non obstante, sa-

tom. 4, cap. 51, num. 13. — ²⁴ Villal., part. 1, tr. 8, diff. 31, num. 3. — ²⁵ Sporer, part. 2, cap. 6, n. 428. — ²⁶ Tambur., Method. celebri Miss., lib. 2, cap. 5, § 3, n. 7. — ²⁷ Bordon., resol. 25, n. 23. — ²⁸ Lib. 6, part. 2, n. 436. — ²⁹ Loc. cit., num. 562. — ³⁰ Part. 2, tit. 8, rubr. 2, Nov. Obs., n. 5. — ³¹ Gavant., part. 2, tit. 8, n. 2, lit. n. — ³² Gobat, tr. 3, n. 749. — ³³ Loc. cit., n. 562. — ³⁴ Part. 2, tit. 8, n. 2. — ³⁵ Tr. 5, cap. 4, n. 95. — ³⁶ Fagund., de 1º praec. Eccl., lib. 3, cap. 21, n. 9. — ³⁷ Leand., tr. 8, disp. 7, qu. 62. — ³⁸ Part. 2, tit. 1, num. 1, lit. c. — ³⁹ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 3. — ⁴⁰ De Euch., cap. 3, qu. 6, resp. 2. — ⁴¹ De Euch., n. 376. — ⁴² Tr. 7, disp. 2, punct. 4, num. 6. — ⁴³ Method. celebri Miss., lib. 1, cap. 7, § 1, num. 1. — ⁴⁴ Confer. 20, de Altari, etc., num. 268. — ⁴⁵ De Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 1, resp. 2. — ⁴⁶ Gavant., loc. cit.

turum peccati mortalis, eum qui adderet ali-quid in collecta, nesciens hanc declarationem, vel ignorans eam esse authenticam.

^{c)} Et S. R. C. declaravit die 8 April. 1690: «Nomen episcopi dioecesani exprimendum est, juxta doctrinam Gavanti, part. 2, tit. 8, n. 2, lit. n., et non aliorum». *Decr. auth.*, n. 1827, ad 1.

^{d)} Affirmant «ad summum» esse veniale Salmant. et Leander. — Fagundez vero negat esse plus quam veniale, immo ne veniale quidem fore ait, si loco illarum precum aliac recitentur.

In canone nominan-dus episco-pus loci.

Celebra-re sine ulla praepara-tione, ali-qua culpa.

Omittere orationes induendo vestes, ve-niale.

Omittere preces ante vel post Missam, nullum pec-catum.

cerdos qui sine ulla praeparatione, saltem domi facta, ad sacrificandum accederet, puto ab aliqua culpa non excusandum.

Dubitatur 3^o. *An omittere orationes in induendo vestes sit peccatum?*

Negant Suarez²³, et Burchardus apud Gavantum¹. E converso Azor², Navarrus³, et Silvius apud Escobar⁴, censent esse mortale⁵, quia, ut dicunt (sed non satis probabiliter), sicut est mortale cele-brare sine vestibus, ita sine orationibus ad vestes. — Tenendum igitur cum communi sententia hanc omissionem esse cul-pabilem, sed non plus quam veniale⁶; ut reputant Lugo⁵, Bonacina⁶, Laymann⁷, [Contin.] Tournely⁸, Salmant.⁹; Palaus¹⁰ cum Henriquez et Pitigiano; et Escobar¹¹ cum Fagundez, Aversa, Manuele, Vega, etc. Aliter autem quidem sunt necessariae ves-tes sacrae ad reverentiam sacrificii, aliter orationes ad vestes.

Dubitatur 4^o. *An peccet sacerdos, si in Missa solemni non recitet quae cantantur a choro?*

Negant¹² Wigandt¹², Navarrus¹³, Dia-

Joan. Burchardus, Ordo Missae, n. 6, i. f. — ¹ Part. 2, tit. 1, n. 2, lit. b. — ² Part. 1, lib. 10, cap. 29, qu. 5. — ³ Consil., lib. 3, consil. 3, n. 4, de celebri Miss. — ⁴ Silvius, in qu. 83, art. 6, qu. 3, n. 8. — ⁵ Lib. 21, n. 505. — ⁶ Disp. 20, n. 106. — ⁷ De Euch., qu. ult., punct. 9, n. 32. — ⁸ Lib. 5, tr. 5, cap. 6, n. 12, i. f. — ⁹ Cap. 9, art. 2, sect. 8, qu. 12, dico 4. — ¹⁰ Tr. 5, cap. 4, num. 95. — ¹¹ Tr. 22, punct. 10, num. 8. — ¹² Henrig., lib. 9, cap. 24, i. f., et in com., lit. g. — ¹³ Pitigian., in 4, dist. 18, qu. 2, de poenis eorum qui celebri sine amot. impedim., art. 10, i. f. — ¹⁴ Lib. 21, n. 507. — ¹⁵ Fagund., de 1º praec. Eccl., lib. 3, cap. 21, n. 9. — ¹⁶ Aversa, qu. 11, sect. 12, v. *Septimo*. — ¹⁷ Man. Rodrig., Sum., part. 1, cap. 247, n. 13, concl. 12 (al., num. 12, i. f.). — ¹⁸ Alonso de Vega, Sum. nueva, part. 2, cap. 41, cas. 8. — ¹⁹ Tr. 15, n. 75, v. *Nota quod*, post resp. 3. — ²⁰ De Horis canon., cap. 10, n. 45. — ²¹ Part. 2, tr. 14, resol. 42. — ²² Petr. de Ledesma, de Euch., cap. 24, concl. 5. — ²³ Vega, loc. cit., cap. 5, n. 15. — ²⁴ Lib. 21, num. 511. — ²⁵ Pelliz., Man. regular., tr. 5, cap. 9, num. 35 et 36. — ²⁶ Tambur., Method. celebri Miss., lib. 2, cap. 5, § 2, n. 6. — ²⁷ Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 5, § 2, qu. 1, resp. 2. — ²⁸ De Sacrif. Miss., cap. 10, num. 3. — ²⁹ Mazzotta, loc. cit., v. *Secundo*. — ³⁰ Part. 2, tit. 4, num. 7; et tit. 5, num. 4. — ³¹ Qu. 11, sect. 12, v. *Sexto*... Item.

na¹⁴; item Ledesma, Villalobos¹⁵, Vega, apud Escobar¹⁶; ac Pellizzarius, Tam-burinius et Quarti¹⁷, apud Mazzotta¹⁸.

Hi dicunt sufficere quod sacerdos atten-dat ad ea quae cantantur; ea enim quae

Non re-citat-are in Missa so-le-mi-na que cantantur a choro, lic-itum, jux-ta alios.

Juxta a-lio-s, lethale si quantitas sit notabi-lis.

Non im-proba-bili-ter, veniale tantum.

^{e)} Suarez, disp. 82, in prooem., loquitur de orationibus ad praeparationem Missae as-signatis.

^{f)} Azor et Navarrus loquuntur de omis-sione omnium illarum precum. Quam senten-tiam Silvius, loc. cit., (edit. Antverp. 1622) refert, et non reprobat. Sed cfr. notam a ad n. 403.

^{g)} Lugo et Bonacina negant esse mortale; sed Lugo hanc addit rationem: «Quia illa non est materia praecepsi, sed instructionis et directionis». — Cont. Tournely dicit esse veniale omissionem illam, non quidem ex rubrica, quam negat esse praecepsitam, sed ratione negligientiae aut taedii spiritualium. — Escobar et Fagundez negant esse plus quam veniale, etiam si omnes omittantur.

^{h)} Plerique ex auctoribus hic citatis lo-quuntur de illo qui non recitat epistolam et evangelium, quando in Missa solemni a dia-cono et subdiacono cantantur.

ⁱ⁾ Villalobos non fideliter citatur ab Escobar; nam, part. 1, tr. 8, diff. 31, n. 4, dicit usum stare pro opinione quae tuetur obliga-tionem eas partes recitandi.

^{j)} Quarti, qu. prooem., sect. 3, punct. 7, diff. 3, sententiam hanc ut probabilem vide-tur reputare; sed dicit probabilius ea sub ve-niali recitanda esse.

^{k)} Pasqualigo non citatur a Mazzotta pro hac parte; et revera, qu. 212, n. 6, oppositae sententiae adhaeret, dicens: «Si celebrans non recitat epistolam et evangelium, quando in Missa solemni a dia-cono et subdiacono cantantur. Aut ad summum damnandum esset tantum peccati venialis».

^{l)} Lugo, disp. 20, n. 107, loquens de ep-i-stola et evangelio: «Facilius, inquit, posset forte excusari a peccato gravi».

Dubitatur 5^o. *An sit mortale celebrare Missam cum notabili voluntaria distractio-*

notabilis distractio in Mis-
sa, non lethalius juxta
alios.

Negat Croix¹ cum Diana et Bard; ac probabile putat Mazzotta². Et hoc, etiamsi distractio esset sub consecratione aut sumptione; quia (ut dicunt) attentio interna in oratione non praecipitur sub gravi; juxta opinionem plurium doctorum (relatam Lib. IV, n. 177, v. Tertia). — Affirmant vero Concina³, Roncaglia⁴; et consentit Tamburinius⁵ quoad ea quae recitantur in canone, et signanter sub consecratione et communione. — Huic sententiae potius ego adhaereo. Ratio, quia (praetermissa quaestione an attentio interna sit vel ne de essentia orationis, de qua dicto n. 177 satis locuti sumus) sacrificium, praeter rationem orationis, habet insuper rationem cultus excellentissimi religionis, cui gravem videtur ille irrogare irreverentiam qui, dum profiteretur actu religioso Deum colere, voluntarie se distrahit.

Addere aliquid leve in Missa, veniale.

411. — « 3^o. Ex devotione leve aliquid in Missa (etiam dum secreto orat) addere: v. gr. orationem dominicam vel psalmum aliquem; vel in canone nomibus Sanctorum nomen patroni loci. — Tamburinius⁶. — Dixi: *leve*; quia nobiliter addere esse mortale vult idem Tamburinius⁷, ex Bonacina⁸ ».

Certum est apud omnes, esse mortale addere aliqua in Missa, animo introducendi novum ritum. Vide Suarez⁹, Pa-

¹ Lib. 6, part. 2, num. 448. — *Diana*, part. 11, tr. 7, resol. 11. — *Bardi*, Select. mor., lib. 8, qu. 6, num. 8. — ² Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 5, § 2, qu. 4. — ³ *De Sacrif. Miss.*, cap. 10, num. 13. — ⁴ *De Sacrif. Miss.*, cap. 8, qu. 2, resp. 3. — ⁵ *Method. celebr. Miss.*, lib. 2, cap. 3, n. 9. — ⁶ Loc. cit., cap. 5, § 3, n. 2. — ⁷ Loc. cit., lib. 2, cap. 5, § 2, n. 1; et § 3, n. 1. — ⁸ Disp. 83, sect. 1. — ⁹ *Tract. 22*, punct. 11, n. 1. — ¹⁰ *De Sacrif. Miss.*, cap. 10, num. 5. —

III. — ^a) *Bonacina, de Eucharistia, qu. ult., punct. 10, n. 19*, satis perspicue innuit non esse mortale, si *secreto* notabile quid addatur: « Videntur, inquit... graviter peccare, saltem si materiam notabilem publice recitent, et non secreto tamquam privata persona ».

^b) Non omnes auctores hic citati haec omnia habent.

^c) Gobat dicit posse addi ex causa pecuniarum in duplicitibus. — Croix vero et Piscara loquuntur de collecta praescripta ob publi-

laum⁹ et alios passim. Hinc recte Pater Concina¹⁰ dicit peccare graviter qui aderet in Missa novas publicas preces. — Si vero ex importuna devotione addantur plures collectae ex eodem Missali, vel *Credo*, aut *Gloria*, *Pater*, *Ave*, vel quid simile, id non excedit culpam veniale¹¹. Ita communiter Concina¹¹, Sporer¹², Palau¹³ cum Coninck; et Mazzotta¹⁴ cum Suarez et Gobat. — Rationabiliter tamen censem Aversa apud Croix¹⁵, esse mortale addere *Gloria* et *Credo* in Missa de *Requiem*; quia haec videtur satis gravis inordinatio.

Probabiliter autem dicunt Concina¹⁶, et Croix¹⁷ cum Pasqualigo, quod, licet satius sit servare rubricam; non tamen est vetitum, ex aliqua causa vel ex devotione, addere unam collectam: adduntque Gobat et Piscara apud Croix¹⁸, hoc fieri posse etiam in festo secundae classis, si adsit peculiaris causa¹⁹. Collecta autem pro publica necessitate potest esse tercia ad libitum, vel addi pro quarta: Croix¹⁹. Communior vero opinio est ibid., quod omittenda sit in festo primae et secundae classis. — Notandum hic ex decreto S. C. Rituum apud Croix²⁰ quod, cum expositum est SS. Sacramentum, adhuc in Missa duplice²¹ potest de eo fieri commemoratione; tunc tamen praefatio debet esse communis vel propriae illius Missae; ut ex aliis decretis ejusdem S. Congregationis²² apud Pittonium²³.

In Missis autem votivis pro re gravi

Quando
licet addi
re collectas.

¹¹ Loc. cit. — ¹² Part. 2, cap. 6, num. 428. — ¹³ Loc. cit. - Coninck, qu. 88, n. 267. — ¹⁴ Loc. cit., cap. 5, § 2, qu. 2. — *Suar.*, disp. 83, sect. 3, dico 2. — *Gobat*, tr. 8, n. 747 et 748. — *Aversa*, qu. 11, sect. 12, v. *Sexto*. — ¹⁵ Lib. 6, part. 2, n. 429. — ¹⁶ Loc. cit. — ¹⁷ Loc. cit. - *Pasqual.*, qu. 215, n. 9. — *Gobat*, loc. cit., n. 748. — *Piscara Castald.*, *Prax. caeremon.*, lib. 2, sect. 8, cap. 3, n. 6. — ¹⁸ Loc. cit., n. 451. — ¹⁹ Loc. cit. — ²⁰ Loc. cit., n. 452. — ²¹ *De Ritib.*, n. 1214 et 1647.

cam necessitatem, quam volunt dici posse (immo et debere, ait Piscara) in duplicitibus secundae classis.

^d) « Sed omittendum in festis primae et secundae classis », ut addit S. R. C. in illo decreto de die 2 Decembr. 1684. *Decr. auth.*, n. 1743, ad 4; cfr. etiam n. 2365, ad 1.

^e) *Decreta illa*, prout habentur apud Pittonium et inter *Decreta auth.* S. R. C. n. 1743, ad 6, non videntur ad rem facere; de alio enim casu loquuntur.

et causa publica, semper dicitur *Gloria*. Croix¹. — Et in Missa solemini pro re gravi aut causa publica, v. gr. quadraginta Horarum, dicitur etiam *Credo*. Croix².

In Oratione *A cunctis* non vetatur nominari quis Sanctus canonizatus, et etiam duo. — Sed non plures. Croix³. — Vetitum est vero addere in confessione, et tanto magis in canone, nomen alicujus Sancti; ut bene advertit Tamburinius⁴. — Et ita etiam vetitum est addere non-nomen aliorum Sanctorum in litaniis publicis coram populo, ex decreto S. C. 8 Martii 1631⁵) apud Gavantum⁶.

¹ Lib. 6, part. 2, n. 464. — ² Loc. cit., n. 466. — ³ Loc. cit., n. 462. — ⁴ *Method. celebr. Miss.*, lib. 2, cap. 5, § 3, num. 9. — ⁵ *Man. Episcop.*, v. *Litaniae*, num. 5. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 28, qu. 17. — *Silvest.*, v. *Missa I*, qu. 6, v. *Quartum*. — *Valent.*, in 2^o 2^o, disp. 6, qu. 2, punct. 10, § 5. — *Suar.*, disp. 82, sect. 1, dico 1. — *Vasq.*, opusc. de *Benefic.*, cap. 4, n. 65. — *Less.*, lib. 2, cap. 37, num. 81. — *Fagund.*, de 1^o *praecc.* *Ecccl.*, lib. 8, cap. 17, num. 23. — *Laym.*, lib. 5, tr. 5, cap. 4, n. 5. — ⁶ *Method. celebr. Miss.*, lib. 2, cap. 9, § 1, n. 1.

Celebratio
ante Matu-
tinum.

412. — « 4^o. Celebrare ante dictum Matutinum; ut contra Azor et Reginaldum⁷) docent Silvester, Valenta, Suarez, Vasquez, Lessius, Fagundez, Laymann, etc.; « quorum plerique tamen cum Palao⁸) dicunt esse veniale, si fiat sine causa: « licet et hoc Tamburinius⁹) in dubium « vocet. » — De hac quaestione, an licet celebrare ante dictum Matutinum et Laudes, vide dicta n. 347.

413. — « 5^o. Quae alta voce dicenda parescunt, adeo submissa dicere, ut adstantes audire non possint. Tamburinius⁶, « quidquid dicat Navarrus¹⁰) apud Sà¹¹ ».

Quaedam
alta, que-
dam sub-
missa voce
recitanda.

f) Orationes Missae extraordinariae, quae in certis circumstantiis injunguntur, semper dicendae sunt post ordinarias orationes assignatas de die vel de tempore, nulla ex his omissa, ne illa quidem quae ad libitum dicitur; ita S. R. C. 17 Augusti 1709. *Decr. auth.*, n. 2198, ad 2. Ad orationes extraordinariae pertinent: — a) Oratio ab episcopo vel superiore praescripta, quae in festis dupl. 1. cl. regulariter omittitur. Potest tamen episcopus praepicere collectam etiam in duplice primae classis sub unica conclusione, si revera sit pro re gravi. S. R. C. 7 Aug. 1875. *Decr. auth.*, n. 3365, ad 3. In festis vero dupl. 2. cl. dici aut omitti poterit in Missa privata, sed in solemini omittenda. S. R. C. 15 Maii 1819. *Decr. auth.*, n. 2597 ad 2. In dominicis 1. et 2. classis non omitenda, exceptis dominica Palmarum et dominica 4^o Advent, si in eam vigil. Nativitas cadit. S. R. C. 20 April. 1822. *Decr. auth.*, n. 2618, ad 2. — b) Oratio de SS. Sacramento, quae e S. R. C. 23 Jun. 1736, dicenda est in Missa cantata, durante expositione sub unica conclusione, si duae tantum sint orationes; si plures sint, unienda est in fine aliarum commemorationum. *Decr. auth.*, n. 2323, ad 1; n. 2327, ad 1; n. 2461, ad 3; n. 2515, ad 1. Item in Missis privatis fieri poterit, dummodo expositio fiat pro publica causa, etiam in pyxide. S. R. C. 7 Maii 1746. *Decr. auth.*, n. 2390, ad 4 et 5. — In oratione *A cunctis*, ad litt. N. exprimi debet titularis ecclesiae in qua celebratur; et regulares possunt nominare S. Fundatorem, dummodo titularem non omittant. Si titularis sit S. Michael aut S. Joan. Baptista, horum nomina praeponenda sunt SS. Apostolis. Post invocationem B. M. V., et ante quoscumque alias Sanctos, exceptis S. Angelis et S. Joanne

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. III.

« Immo notatidem Tamburinius ex card. de Lugo^{b)}, a timoratis passim sine scrupulo « voce depressa legi ».

Ante omnia, hic notandum id quod habetur in rubrica¹, ubi dicitur: *Sacerdos autem maxime curare debet, ut ea quae clara voce dicenda sunt, distincte et apposite proferat; non admodum festinanter, ut advertere possit quae legit, nec nimis morose (notent qui in Missa indiscretam devotionem protrahunt), ne audientes tedium afficiat; neque etiam voce nimis elata (et in hoc etiam plures errant), ne perturbet alios qui fortasse in eadem ecclesia tunc temporis celebrant; neque tam submissa, ut a circumstantibus audiiri non possit; sed mediocri et gravi, quae et devotionem moveat, et audientibus ita sit accommodata, ut quae leguntur intelligant.*

Quae vero secrete dicenda sunt, ita pronuntiet, ut et ipsem se audiat, et a circumstantibus non audiatur.

414. - Dubitatur 1º. *An peccet qui ita submissae pronuntiat verba, ut ne seipsum quidem audire possit?*

Tamburinius^{a)} ex Navarro^{a)} dicit hunc non peccare; quia ut oratio sit vocalis, sufficit ut exterius proferatur. — Alii vero, ut Croix^{a)}, Gavantus^{b)}, Concina^{c)}, Palaus^{c)}, Suarez^{c)} et alii, dicunt hunc peccare mortaliter; quia verba quae non audiuntur vocalem orationem non constituunt.

Attamen probabiliter sentit [Contin.] Tournely^{d)} id non esse mortale, cum satis sit probabilis opinio enuntiata, (nempe ad orationem externam non esse necessarium ut orans se audiat), quam tenent Laymann, Azor, Silvius, Salmant., et alii plures, quos adduximus Lib. IV, n. 163, cum [Contin.] Tournely^{e)}, qui hanc asserit esse

Tambur., Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 9, § 1, n. 1. — ¹ Part. 1, tit. 16, n. 2. — ² Loc. cit., lib. 2, cap. 9, § 2, n. 2. — ³ Lib. 6, part. 2, n. 438. — ⁴ De Sacrif. Miss., cap. 10, num. 6. — ⁵ De Sacrif. Miss., cap. 9, art. 2, sect. 9, ante qu. 6, v. Verum. — Laym., lib. 4, tr. 1, cap. 5, n. 8, i. f. — Azor, part. 1, lib. 10, cap. 11, qu. 4. — Silvius, Opusc., Resolut. var., v. Horae canonicae III. — Salmant., tr. 16,

communem. Et hoc facit id quod habetur in Lib. I. Regum, cap. 1, ubi dicitur: *Anna... oravit ad Dominum..., dicens: Domine, etc. En oratio vocalis; deinde additur: Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius movebantur, et vox penitus non audiebatur.* — Sed recte Tournely ait in Missa hoc non excusari a culpa veniali; cum in rubrica supra allata expresse praecipiatur ut celebrens ita pronuntiet, ut... ipsem se audiat.

Bene vero dicit Quarti^{f)} non excusari a mortali qui sic proferret verba consecrationis. — Ratio, quia, cum opposita sententia Palai et aliorum (ut supra) sit etiam probabilis, exponeretur sacramentum periculo nullitatis: quod certe illicitum est ex prop. damnata ab Innocentio XI.

415. - Dubitatur 2º. *An peccat qui recitat submissae quae alta voce recitanda praecipiuntur?*

Videtur omnino negare Tamburinius^{g)}: dum asserit, a viris timoratis voce omnino depressa Missam sine scrupulo recitari. E converso Navarrus^{a)} et Cajetanus^{a)}, apud [Contin.] Tournely^{h)} dicunt id esse mortale. — Sed melius sentio dicendum cum [Contin.] Tournelyⁱ⁾, id non esse mortale, cum non videatur gravis materia; sed minime posse excusari a veniali, cum oppositum expresse in rubrica praecipiatur.

Dicunt autem Roncagliaⁱⁱ⁾, Croixⁱⁱ⁾, Mazzottaⁱⁱ⁾ et Wigandtⁱⁱ⁾ non peccare qui alte dicenda submissae recitat, si excedat modum secretae recitationis. — Sed hoc nec mihi satisfacit. Nam, juxta rubricam, non semper sufficit excedere modum secretae orationis: praeter enim ea quae in Missa

cap. 3, num. 5. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Cont. Tourn., loc. cit. — ⁸ Part. 1, tit. 16, dub. 2. — ⁹ Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 9, § 1, num. 1. — ¹⁰ Cap. 9, art. 2, sect. 9, ante qu. 6, v. Resp. ad 2. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² De Sacrif. Miss., cap. 3, qu. 2, resp. 1. — ¹³ Lib. 6, part. 2, num. 439. — ¹⁴ Tr. 5, disp. 4, qu. 2, cap. 5, § 2, qu. 3. — ¹⁵ Tract. 15, num. 76, resp. 7.

^{b)} Gavantus, part. 1, tit. 16, n. 1, lit. g, de hoc silet.

^{c)} Palaus, tr. 7, disp. 2, punct. 3, n. 6; Suarez, de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 7, n. 6, tractant de officiis divini recitatione.

415. - ^{a)} Navarrus, de Horis can., cap. 20, n. 14, eos dicit peccare. — Cajetanus vero,

Sed ve-
nialiter.

In conse-
cratione,
mortaliiter.

Recitans
submissae
quae alta
voce sunt
dicenda:

Peccat
non morta-
liter, sed
venialiter.

submissae dicenda sunt, alia recitanda sunt voce alta, et alia voce mediocri, et omnia haec ita elate recitari debent, ut a circumstantibus audiantur. Quamvis bene censeat Pater Concina¹, non jam oportere ut omnis populus vocem audiat, sed sufficere ut adstantes attenti, nempe qui prope sunt altare, percipere valeant quae leguntur.

416. - Dubitatur 3º. *An sit mortale alte recitare quae submissae dicenda sunt?*

Communiter dicunt DD. nullum esse peccatum, si verba a solis ministris auditantur. Ita Pater Concina^{a)}, Gavantus^{b)}, et Croix^{c)} cum Gobat. — E converso putant Gavantus^{b)} et Quart^{d)} peccare mortaliter qui legit elata voce totum canone, vel, ut addit Quarti, notabilem partem ejus aut aliarum precum quae submissae recitari debent^{e)}. Ratio (ut dicunt), tum quia haec sacrosancta verba assidue aurium vilescerent; tum quia sacerdos sic verba proferens, videretur velle novum ritum inducere, ideoque facile ex hoc contemptu scandalum oriretur. — Et consentit Croix, quoad verba consecrationis; quia populus (ut ait), sciendo verba illa, postmodum temere et ad jocos eiusdem uteretur. Deinde asserit communem esse sententiam, esse tantum veniale si praefata verba consecrationis audiantur tantum ad sex vel octo passus; mortale vero, si ad quadraginta. Sed ipse censet esse mortale etiam ad decem passus, si intra tale spatium magna pars populi adstet: quod tamen Pater Concina non audet approbare.

¹ De Sacrif. Miss., cap. 10, n. 6. — ² Lib. 6, part. 2, n. 440. — Gobat, tr. 3, n. 69. — ³ Part. 1, tit. 16, dub. 1. —

in 2am 2ae, qu. 83, art. 12, sacerdotes illos « inexcusabiles » fore asserit.

416. - ^{a)} Concina, de Sacrif. Miss., cap. 10, n. 7, de verbis consecrationis loquens, scribit: « Illud dico: eum peccare qui alta voce praeceptum propriet in rigore non praetermittitur ritus dicendi Missam; neque videtur esse latum praeceptum propriet in rigore de Missa dicenda de feria aut de festo... Quamvis enim non repugnet hujusmodi obligatio, tamen in praesenti neque ostendi potest, neque est illa sufficiens necessitas et causa illius ». Excipit deinde Missas solemnes in parochiis vel conventu, vel Missas debitas propter stipendium, capellaniam aliquam rationem. Et concludit: « Denique in universo loquendo, optimum consilium est non praetermittere etiam in hoc Missalis ordinem absque rationabili causa ».

Juxta S.
Doctorem,
venialiter
peccat.

Quando-
que, sed fere
nunquam,
mortaliiter
in canone
vel conse-
cratione.

Mutatio
Missae.

« Diana ^{b)}, card. de Lugo ^{b)}, Escobar ^{b)}, — contra Quintanadvenas ¹, qui putat in hebdomada sancta licere legere votivam ^{c)}: quod refutant Gavantus, Diana ², ex declaratione cardinalium.

« Dux I^o. Sine gravi causa: talis autem censetur:

« 1^o. Quae spectat ad bonum reipublicae vel principis; v. gr. necessitas plurae viae, ingruentis belli vel pestis, vel simili mali universalis; [Ita etiam Sporer ³ et Tamburinius ⁴] item solemnis gratiarum actio; solemnis expositio Eu- charistiae, v. gr. diebus anticinalibus, in oratione quadraginta Horarum. Tamburinius. [Vide de hoc dicenda infra n. 421, ad 3^o].

« 2^o. Quando cadaver praesens est in ecclesia; ubi usus obtinuit. — Gavantu*s* ⁵.

« 3^o. Si quis celebret in ecclesia in qua agitur dies festus loci proprius: hunc enim non tantum posse, sed debere ex congruitate conformare se loco, nota Gavantus. Vide Tamburinius ⁶, qui addit, etiamsi sacerdos accepto stipendio, homini promiserit votivam vel pro defunctis, etiam in altari privilegiato, non solum posse, sed debere celebrare Missam currentem diebus quibus istae prohibentur ⁷. [Hoc intelligentum, quando Missa pro illa die promissa est. Certum autem est hodie, post decretum allatum n. 339, v. Qu. I, quod indulgentiae altaris privilegiati bene etiam percipiunt-

tur, quando dicitur Missa duplex diei currentis. Hic quoque notandum quod, cum multae Missae votivae sint acceptae, et non sufficient dies non impediti, possunt applicari Missae currentes ⁸; ut declaravit S. Congregatio 19 Maii 1614, ex gratia speciali Pontificis, apud Merati ⁹]. Immo etsi Deo per votum tales Missas promiserit, non tamen ad eas obligari istis diebus; eo quod votum non obliget quando impedit bonum majus, quale esse dicit conformitatem officii cum Missa: secus, diebus aliis.

« Dux II^o. In numerum Sanctorum relato. — Quia si sit beatificatus tantum, de quo certis sacerdotibus (v. gr. quorum ordinis fuit) concessum sit Missam legere, docet Granado ¹⁰, et Escobar contra Palaum, non licere aliis sacerdotibus, etsi nullum aliud sit festum, de eo legere: eo quod sic expresse determinat sacra Rituum Congregatio ¹¹ apud Gavantum. Vide Escobar ¹⁰; et Tamburinius ¹¹, ubi (Palaum sequens) dicit contrarium esse probabilius ac magis pium; immo de Sanctis Societatis certum esse, si celebrant in templis ejusdem Societatis: ex concessione Pontificis. Idem tenet Quintanadvenas ¹².

« 7^o. Si quis violet rubricam spectantem ad essentiam vel quasi essentiam Missae, vel si nullam plane servet, peccat mortaliter. — Escobar ex Fagundez ¹³.

418. — Sermo hic de Missis votivis, nempe quando dici possint. — Ex rubrica ¹⁴

Recitanda Missa de Sancto canonizzato.

Violare rubricas de essentia, vel nullam servare, lethale.

¹ Tr. 7, singul. 40, num. 2. — Gavant., part. 1, tit. 4, num. 3, lit. o. — ² Part. 9, tr. 8, resol. 3. — ³ Part. 2, cap. 6, num. 430. — ⁴ Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 6, § 1, n. 4. — Tambur., loc. cit. — ⁵ Part. 1, tit. 5, n. 2, lit. x. — Gavant., part. 3, tit. 10, n. 16, v. Non tam. — ⁶ Loc. cit., n. 14. — ⁷ Loc. cit., § 2, num. 2. — ⁸ Part. 1, tit. 4, rubr. 3, Nov. Observ., num. 13. — ⁹ In 2^o 2^o,

controv. 1, tr. 7, disp. 4, n. 14. — Escob., tr. 1, exam. 11, num. 42. — Palaus, tr. 4, disp. 1, punct. 5, § 5, num. 7. — Gavant., Man. Episcopor., v. Missae ritus, n. 1. — ¹⁰ Tr. 1, exam. 11, n. 42. — ¹¹ Loc. cit., § 8, n. 15. — Palaus, loc. cit. — ¹² Tr. 7, singul. 7, num. 1. — Escob., tr. 1, exam. 11, cap. 4, n. 79 (al. num. 95), v. Sacerdos celebrans. — ¹³ De 1^o praecl. Eccl., lib. 3, cap. 21, n. 7. — ¹⁴ Part. 1, tit. 4, n. 3,

^{b)} Diana, part. 2, tr. 14, resol. 30; Lugo, disp. 20, n. 105; Escobar, tr. 1, exam. 11, cap. 4, n. 78 (al. n. 95), v. Peccat qui die, negant esse mortale.

^{c)} Quintanadvenas id concedit speculative loquendo; ceterum n. 3: « Consultius et tutius in praxi est, inquit, ac fieri omnino suadeo, Missas votivas non celebrari in praedictis feriis tercia et quarta sanctae hebdomadae ».

^{d)} Et de hoc S. R. C. novissime declaravit sacerdotem suea obligationi satisfacere, Missam dicendo officio conformem, cum aliquando petitam Missam ritus diei non permittat,

dummodo applicet juxta intentionem dantis eleemosynam; sed consultius esse ut, quantum fieri potest, intentioni eleemosynam erogantis satisfiat per Missam vel de requie vel votivam. Decr. auth., n. 4031, ad 4. Cfr. etiam n. 3922, § 4, n. 3. — Sed obligationi sua in eo casu non satisfiat Missam de die celebrans, diebus quibus celebrari possunt votivae vel de requie. Decr. auth. S. R. C., n. 2461, ad 7.

^{e)} Sed vide supra in nota g, ad n. 390, novissimam S. R. C. declarationem, qua contrarium statuitur.

Quibus diebus prohibentur in dominicis et in omni festo duplice. — Item, intra octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes, in die Cinerum, Hebdomada majori, et in vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes; ex decreto S. C. Rituum, 28 Augusti 1627 apud Gavantum ¹. — Item infra octavam Corporis Christi; ex decreto ejusdem S. C. 21 Junii 1670, approbato a Clemente X, apud Croix ². Idem tanto magis dicendum de Missis defunctorum. Quae insuper nec dici possunt in expositione SS. Sacramenti quadraginta Horarum ³, et in ecclesia ubi celebratur de festo duplice, etiam illae ex praescripto testatorum essent celebrandae; ut in decreto 27 Aprilis 1697 apud Merati ⁴.

419. — Exceptis autem his diebus, semper dici possunt Missae votivae vel de Requiem.

Advertendum vero 1^o. Id quod habetur in rubrica ⁴, ubi dicitur: Missae... votivae... in Missis privatis dici possunt pro arbitriis sacerdotum quocumque die officium non est duplex aut dominica... Id vero passim non fiat, nisi rationabiliter de causa, et quoad fieri potest, Missa cum officio conveniat. — Nota rō nisi rationabiliter de causa. Unde ait Merati ⁵, non sufficere pro causa ad passim Missas votivas celebrandas, ut sacerdos cito se expediat, vel alia similis levis occasio. Verum sine dubio, petitio facta a dante eleemosynam alicujus Missae votivae, erit justa causa illam celebrandi. Necnon probabiliter etiam

¹ Part. 1, tit. 4, n. 8, lit. o. Cfr. Decr. auth. S. R. C., n. 937, ad 1, de die 19 Aug. 1651. — ² Lib. 6, part. 2, n. 498; et n. 2055, decr. 19. Cfr. Decr. auth. S. R. C., n. 1408. — ³ Series decretor., n. 511. Cfr. Decr. auth., n. 1967 et 8857; cfr. etiam n. 1110; 1714, ad 2; 3228, dub. 4. — ⁴ Part. 1, tit. 4, n. 3. — ⁵ Part. 1, tit. 4, rubr. 3, Nov. Observ., n. 12. — ⁶ Method. celeb. Miss., lib. 2, cap. 6, § 1, n. 11. — ⁷ De Sacrif. Miss., cap. 6, num. 429. — ⁸ Zaym., lib. 5, tr. 5, cap. 1, num. 16. — Tambur., Method. celeb. Miss., lib. 2, cap. 6, § 1, n. 6. — ⁹ Tr. 5, cap. 4, n. 114. — Diana, part. 2, tr. 14, resol. 30.

Quibus diebus Missae defunctorum possint Missae votivae et defunctorum.

418. — a) Posse tamen Missam solemnem de requie pro defuncto cantari die tertio, septimo, trigesimo ac anniversario a die obitus vel depositionis defuncti, uti declaravit eadem S. R. C., die 19 Junii 1875. Decr. auth., n. 3357.

420. — a) Angelus, v. Missa, n. 33, id significat pro festis de pracepto.

b) Bartholomeus ab Angelo, Exam. confess., dial. 5, § 466 et 467, refert quidem Angeli sententiam; sed ipse § 468, concludit absque ulla dierum distinctione: « Alii autem dicunt quod non tenetur quis ex necessitate, sed ex congruitate celebrare Missam secundum officium quod illa die fit. Et sic videntur sentire quod sacerdos non celebrando Missam de eo de quo illa die fit officium non peccet... Et hanc opinionem (quam veriorem et rationabiliorem puto) sequuntur S. Anton...» Hinc potius adhaeret sententiae quae S. Alphonso placet.

c) Granado, in 3 P., controv. 6, de Euch., tr. 14, disp. 14, n. 5, loquitur de Missis votivis.

Missa conventionalis debet semper concordare cum officio.

Celebrare Missam votivam vel defunctorum die vetita, per se non lethale.

Villalobos, Miranda, etc.; ac Escobar¹ cum Soto², Silvestro, Henriquez, Medina³ et Reginaldo. Ratio, quia non videtur in hoc notabilis perversio ritus.

Exceptio-
nes.

Verum Escobar in festis solemnibus (licet oppositum etiam putet probabile, ob doctorum auctoritatem) id censet mortale; et idem sentit Roncaglia⁴. Saltem in Missa publica dicere hoc difficulter excusari a gravi scandalo. — Item ait Roncaglia⁵ non excusari a mortali dicere Missas de *Requiem* in diebus vetitis; quia hoc districte prohibetur in decreto S. C. 5 Augusti 1662 apud Merati⁶, approbato ab Alexandre VII, ubi dicitur: *Districte praecipit ut Missas privatas.... de Requiem in duplicitibus nullatenus celebrare au-deant. Currentque ecclesiarum rectores, etc., ut hujusmodi decretum inviolate servetur.*

Caeterum omnes convenient posse celebri Missas votivas vel de *Requiem* ob causas graves. — Quaenam autem hae sint, vide in sequenti Quaesito.

421. — Quaeritur 2^o. *Quaenam sint cau-sae ob quas possunt dici Missae votivae vel pro defunctis, etiam in diebus vetitis?*

Resp. 1^o. Si urgeat publica necessitas; ut supra dictum est apud Busenbaum (n. 417, ad 1^o).

2^o. Si in aliqua ecclesia celebretur festum duplex: quod facile accidere potest in ecclesiis regularium. Ibi enim debet sacerdos Missam festo conformem celebbrare⁷; ut recte notant Gavantus⁸ et

Villal., part. I, tr. 8, diff. 31, n. 5. — *Miranda*, Man., tom. I, qu. 41, art. 21, concil. 2. — ¹ Lib. 521 et 522. — *Silvestr.*, v. *Missa I*, n. 4; et v. *Missa II*, § 4. — *Henriquez*, lib. 9, cap. 23, num. 5 et 6. — *Regin.*, lib. 29, num. 208. — *Escob.*, loc. cit., num. 522. — ² De Sacrif. Miss., cap. 4, qu. 2, resp. 8. — ³ Series decretor., n. 396. Cfr. Decr. auth.

^{a)} Sotus, in 4, dist. 13, qu. 2, art. 1, v. *Tamesti*, dicit « reprehensione » non carere sacerdotes « qui nullam rationem festi habentes, satis esse putant quocumque festo unam quamlibet aliam Missam dicere ». — Medina vero, citatus ab Escobar et Henriquez, dicit tantum, *Instr. confess.*, lib. I, cap. 14, § 40, satis esse diebus festis ad satisfacendum praecerto quocumque Missam audire, neque esse necessarium ut Missa haec sit de *Requiem* aut alicujus Sancti.

^{e)} Roncaglia, loc. cit., resp. 2, dicit maiorem rigorem adhibendum esse in Missa solemnii; pariter foret « non levis incongruen-tia » in magna solemnitate Missam valde dis-

Tamburinius⁹. Et de hoc adest decretum S. C., 19 Nov. 1622 apud Croix¹⁰. — Declarat autem eadem S. Congregatio, 24 Julii 1683 (apud Merati¹¹), professionem religiosorum aut monialium numerari non posse sub re gravi, ita ut cantari possit Missa votiva solemnis de Spiritu Sancto; et consuetudinem in contrarium abusum dixit.

3^o. Si fit expositio SS. Sacramenti in oratione Quadraginta Horarum. — In illa autem servandum est quod statuit Clemens XII in constitutione nona¹², edita 1 Sept. anni 1730 (apud Merati¹³). Ibi Pontifex praescribit quod in altari ubi fit expositio Eucharistiae, celebretur Missa votiva solemnis de SS. Sacramento cum *Gloria* et *Credo*, prout celebrantur Missae pro re gravi. Exceptis tamen dominicis et festis primae et secundae classis, necnon feria quarta Cinerum, et feris se-cunda, tertia et quarta Hebdomadae majoris, diebus infra octavas Paschatis et Pentecostes, vigilis Nativitatis Domini et Pentecostes, et die octavae Epiphaniae. In his enim diebus, statuit cantandam esse Missam communem cum oratione SS. Sacramenti sub unica conclusione; quam commemorationem voluit fieri etiam in Missis privatis¹⁴: quae si celebrantur de SS. Sacramento in diebus permisis, erunt votivae sine *Gloria* et *Credo*.

4^o. In die obitus, praesente cadavere (etiamsi alicubi non esset usus contra Ga-

S. R. C., n. 1238. — ⁴ Part. 3, tit. 10, n. 16, v. *Non tamen*. — ⁵ Method. celebr. Miss., lib. 2, cap. 6, § 1, num. 14. — ⁶ Lib. 6, part. 2, n. 2055, decr. 268. — ⁷ Part. 1, tit. 4, Nov. Observ., num. 14, v. *Religiosi*. Cfr. Decr. auth. S. R. C., n. 1714, ad 5. — ⁸ Part. 2, tit. 14, Nov. Observ., num. 1, v. *Istruzione*, num. 10.

paratam celebrare. — Addo praeterea Tamburinium, Villalobos, Reginaldum, Escobar, ubi negant esse mortale, loqui de Missis privatis.

421. — ^{a)} Sed vide superius ad n. 390, not. g.

^{b)} Constitutio nona, scil. edictum nonum Cardinalis Vicarii de die 20 Januarii 1705, quod habetur in Bullario Clementis XI, et innovatum fuit a Clemente XII, seu melius ab eius Cardinali Vicario, die 1 Septembri 1730. Reperitur in appendice tomii III Decretor. auth. S. R. C.; quae autem ex praefato decreto hic referuntur, ibi habentur sub § 12 et 17.

^{c)} Sed vide infra notam b, ad n. 424.

vantum^{d)} et Busenbaum, ut supra n. 417, ad 2^o) potest dici Missa de *Requiem*, adhuc in dominicis et festis duplicitibus; ex decreto S. C. 23 Maij 1603 (apud Merati¹⁵): exceptis vero festis primae classis, ex decreto 5 Julii 1698¹⁶. — Cum autem pri-mum habetur notitia de obitu alicujus personae procul defunctae, potest cantari Missa de die obitus, etiam in festo dupli-ci, non tamen de praecerto: tunc enim differenda est ad sequentem diem; ex decreto 4 Maij 1686 (apud Croix¹⁷). — Haec autem omnia decreta intelligenda sunt de Missis solemnibus, non privatis; ex decreto 10 Januar. 1693 (apud Merati¹⁸): contra id quod dicit Wigandt¹⁹. Decreto vero quod affert Gavantus²⁰ die 1 Sept. 1607, ubi dictum fuit, *posse tolerari Missas de Requiem in duplice festo quod non est de praecerto, ut testatorum voluntates adimplentur*, dicit Merati²¹ deroga-tum esse aliis decretis, et praesertim decreto edito 5 Augusti 1662²².

Insuper alio decreto 22 Nov. 1664²³ dictum fuit in festo dupli, etiam majori, non de praecerto, posse dici Missas anni-versarias solemnes relictas ex dispositione testatorum, ut quotannis dicantur in die ipsorum obitus. Idem dicitur de die tertio, septimo et trigesimo: Missas vero privatae dicendas esse de die, et non differen-das. — Item eadem S. C. Rituum 19 Junii 1700²⁴ declaravit posse dici Missas canta-

¹ Series decretor., num. 16. Cfr. Decr. auth. S. R. C., n. 1383, ad 2. — ² Loc. cit., n. 525; cfr. Decr. auth., n. 3755, I. — ³ Lib. 6, part. 2, n. 2055, decr. 82. Cfr. Decr. auth., n. 2461, ad 6; et 3755, III. — ⁴ Loc. cit., n. 506. — ⁵ Tr. 15, n. 69. — ⁶ Part. 1, tit. 5, n. 2, lit. a. — ⁷ Part. 1, tit. 5, Nov. Observ., n. 7. — ⁸ Merati, Series decretor., num. 396. Decr. auth., num. 1238. — ⁹ Merati, Series decretor., num. 422. Decr. auth., n. 1307, 2482, ad 2, et n. 1238. — ¹⁰ Merati, loc. cit., n. 547. Decr. auth., n. 2059, ad 6. — ¹¹ Merati, loc. cit., num. 20. Cfr. Decr. auth., n. 3753, II et III. — ¹² Loc. cit., n. 529. Decr. auth., n. 2002, ad 11. — ¹³ Lib. 5, tr. 5, cap. 1, n. 15. — ¹⁴ Disp. 83, sect. 3. — ¹⁵ Part. 1, lib. 10, cap. 32, qu. 5. — ¹⁶ De Euch., qu. ult., punct. 7, § 3, n. 4. — ¹⁷ Lib. 6, part. 2, n. 371. — ¹⁸ Tr. 22, punct. 14, n. 10. — ¹⁹ Barb., de Off. et Potest. episc., alleg. 24, n. 32. — ²⁰ Tr. 5, cap. 4, n. 125. — ²¹ v. *Missa*, n. 48. — ²² Hieron. Garcia, Sum. mor., tr. 3, diff. 11, dub. 4, n. 12. — ²³ Dicast., tr. 5, de Sacrif. Miss., disp. 4, dub. 14, n. 233.

^{d)} Gavantus, part. 1, tit. 5, n. 2, lit. x, dicit Missam debere celebrari Sabbatho sancto, ubi viget consuetudo nunquam sine Missa defundi sepeliendi.

^{e)} Idecum extensem est ad diem tertium, septimum et trigesimum, qui tam a die obitus quam a die depositionis computari possunt, S. R. C., die 2 Decembr. 1891. Decr. auth., n. 3753, III et IV.

422. — ^{a)} Tamburinius, *Method. celebr. Miss.*, lib. 2, cap. 6, § 2, n. 3, dicit celeb-ram esse Missam currentem diebus permisis; sed n. 6, diebus quibus hanc mutationem

tas de *Requiem* in festo dupli minori, si parochiani saepius petant per annum pro aliquo defuncto: dummodo hoc fiat in die anniversaria obitus. — Quod si accidat anniversarium vel dies tertius, se-ptimus et trigesimus in festo de praecerto, debet transferri in sequentem diem; ex decreto 23 Maij 1603²⁵. Anniversarium autem tunc potest etiam anticipari²⁶; et tunc dicitur Missa prout in anniversario. Decretum 5 Julii 1698²⁷.

422. — Quaeritur 3^o. *An obligatus di-cere Missam votivam de B. Virgine Ma-ria vel de Requiem, ratione eleemosynae vel capellaniae, in diebus permisis cele-brari, satisfaciat celebrando Missam cur-rentem?*

Negant Laymann²⁸ et Tamburinius²⁹; quia sacerdos tenetur exequi voluntatem rationabilem praestantis stipendium.

Sed affirmant communissime et etiam probabiliter Suarez³⁰, Azor³¹, Bonacina³², Croix³³; Palau³⁴ cum Navarro³⁵, Henriquez³⁶, Barbosa, etc.; ac Salmant.³⁷ cum Sa, Garcia, Dicastillo, etc. Ratio, quia, licet tunc Ecclesia permittat Missas votivas, decentius tamen est te conformari universali ejus praescripto; tunc enim preces Missae votivae satis compensantur ab Ecclesia eo die precibus praescriptis, et voluntas dantis eleemosynam com-pensatur exsecutione voluntatis Ecclesiae (quam semper decet praferri) praescri-

Quid de
obligato-ratione eleemosynae vel capellaniae.

positive vult Ecclesia, seu diebus concessis, « debet sacerdos votivam promissam omnino celebrare ».

^{b)} Navarrus et Henriquez hic utique ci-tantur a Palau; sed Navarrus, *Man.*, cap. 25, n. 134, loquens de beneficio cui annexum est onus celebrandi quotidie Missam de B. V. M., scribit: Non obligat ad Missam dicendam de illa omnibus [diebus], quibus missare te-netur ». — Henriquez, lib. 9, cap. 23, n. 6, priori sententiae adhaeret, scribens: « Si quis data pitantia petat Missas fieri de *Requiem* [festis non duplicitibus], ita sunt dicendae, quia

bentis Missam assignatam^{c)}. Et ideo rubrica, loquens de Missis votivis, eas permittit; sed in fine subdit: *Quoad fieri potest Missa cum officio conveniat*. Necnon hoc valere dicunt Salmant.¹ cum Antonio a Spiritu S., etiamsi sacerdos expresse Missam votivam promisisset. Et etiamsi — addunt Croix², et iudicem Salmant.³ cum Panormitano⁴, Suarez⁵ et Garcia⁶ — sacerdos vovisset illa die Missam legere votivam; cum tale votum non sit de meliori bono.

Omnino tamen excipiendum est, si Missa dicenda sit in altari privilegiato: quae in diebus permissis necessario celebranda est *de Requiem*; ut diximus n. 339, v. *Quaeres* 1^o.

423. — Quaeritur 4^o. *Quaenam sint advertenda circa modum celebrandi Missas votivas?*

Advertendum 1^o. Quod in Missis votivas non est opus dicere orationes impares numero^{a)}; ut ait Merati⁸. — Omnino tamen dicendae sunt tres orationes in Missa privata; sed in solemni dicitur una tantum^{b)}. Merati⁴.

Advertendum 2^o. Quod non debent dici Missae votivae, seu collectae Missarum Nativitatis Domini, Epiphaniae, Pa-

^{a)} Tr. 5, cap. 4, n. 125. — *Anton. a Spirit. S.*, Director confess., tr. 7, disp. 5, n. 225. — ^{b)} Lib. 6, part. 2, n. 371. — ⁸ Part. 1, tit. 4, Nov. Observ., n. 42. — ⁴ Loc. cit., n. 44. — ⁵ Loc. cit., n. 17. Cfr. Decr. auth. S. R. C., n. 3922, § 3, n. 1. — *Merati*, loc. cit., n. 15. — ⁶ Part. 1, tit. 4, n. 18. — *Gavant.*, part. 4, tit. 17, num. 13. — *Guyet*, *Heortol.*, lib. 4, cap. 21, qu. 8. Cfr. Decr. auth., n. 3922, § 3, n. 1. — ⁷ Loc. cit., n. 15, v. *De Sanctis*. — *Bellarmino*, de Sanctor. beatific.

speciale officium est utilius et oratio magis directa, et immediate movet de se magis ad impetrandum a Deo^{c)}.

c) Attamen S. R. C. priorem sententiam amplexa est die 3 Martii 1761, declarans: « Diebus quibus dici possunt Missae votivae privatae vel defunctorum, sacerdos ad illas obligatus ratione fundationis vel accepti manuialis stipendii, non satisficit dicendo Missam de die occurrente: expressa enim voluntas testatorum vel postulantum, dummodo sit rationabilis, debet adimpleri ». *Decr. auth.*, n. 2461, ad 7.

d) Salmant., loc. cit., n. 127, non loquuntur de Missa ex voto promissa; et citant Panormitanum, Suarez, et Garcia pro alio quodam asserto.

423. — a) Rubrica tamen Missalis, *Rubr. gen.*, tit. 9, n. 14 et 12 cum tit. 5, n. 4, jubet orationes dici numero impares.

schatis, Assumptionis Beatae Mariae et omnium similium festorum, etiam Sanctorum, quae proprios habent introitus et collectas; ut declaravit Paulus V (apud Merati⁵). — In aliis vero Missis votivis, in quibus veritas et ritus verborum non violatur, nihil prohibet quin ipsae dici possint: licet melius sit dicere Missam votivam quae habetur in Missali. Ita Merati; qui⁶ cum Gavanto, Guyet, etc., addit quod si possit omitti verbum *hodie* ubi reperitur, vel mutari in oratione verba *natalitia*, *festivitas*, etc., dicendo *commemoratio aut memoria*, tunc Missa illa bene posset recitari.

Advertendum 3^o. Quod bene possunt dici Missae votivae de quocumque Sancto, modo de ejus canonizatione constet ex Martyrologio vel aliunde. Vide Merati⁷ ex Gavanto⁸, Bellarmino, etc. — Non vero de iis qui non coluntur publico et universali Ecclesiae cultu. Unde Missae de Beatis concessae alicui religioni aut loco non possunt celebrari ab aliis personis, ecclesiis et diebus, quam conceduntur in diplomate; ut (contra Palaum et Pasqualigo) recte tenent Escobar⁹ cum Molfesio, Aversa, Granado¹⁰ et Diana; ac Merati⁹ cum Quarti, Bisso, Guyet et com-

et canonizat., lib. 1, cap. 7. Cfr. Decr. auth., n. 3922, loc. cit. — *Palaum*, tr. 4, disp. 1, punct. 5, § 5, n. 7. — *Pasqual.*, qu. 277, a n. 8. — ⁹ Lib. 21, n. 524 et 525. — *Molfesio*, part. 1, tr. 11, cap. 6, n. 51. — *Aversa*, qu. 11, sect. 12, v. *Interdum*. — *Diana*, part. 2, tr. 15, resol. 55; part. 4, tr. 4, resol. 231. — ¹⁰ Loc. cit., n. 16. — *Quarti*, part. 1, tit. 4, dub. 6, v. *Secunda sententia*. — *Bisso*, lit. M, n. 238, § 26. — *Guyet*, *Heortol.*, lib. 2, cap. 19, qu. 11, i. f; lib. 4, cap. 21, qu. 2.

^{b)} In Missa solemni, scilicet pro re gravi vel pro publica Ecclesiae causa, ut constat ex *Rubr. gen.*, tit. 9, n. 14, et *Decr. auth.*, n. 3922, § 2, n. 3; vel ex causa non gravi, sed quando celebrata est Missa conventualis. *Decr. auth.*, loc. cit., § 4, n. 2. In ecclesiis vero quae ad Missam conventualem non tenentur, si de festo currenti prius alia Missa celebrata non fuerit, in Missa votiva solemni (sed non pro causa gravi) addantur tam oratio diei quam aliae occurrentes. *Decr. auth.*, loc. cit., § 4, num. 2.

^{c)} *Gavantus*, loc. cit., n. 13, de hoc silet, ^{d)} Jacobus de Granado, in 2am 2ae, controv. I, tr. 7, disp. 4, n. 14 et seqq., concordat; sed excipit casum quo in diplomate non addita est particula *tantum*, vel alia similis. Quod Escobar, loc. cit., valde probabile existimat.

Servanda
in quibusdam Missis votivas particularibus.

muni: ex decreto S. C. edito die 10 Sept. 1652^{e)}, et alio^{f)} apud Croix¹.

Advertendum 4^o. Id quod praescribitur in rubrica, circa Missas votivas particulares.

Et 1^o. In Missa votiva de SS. *Trinitate*, quando dicitur pro gratiarum actione, cum prima oratione dicitur alia oratio tantum: *Deus, cuius misericordiae, etc.* sub una conclusione. Hoc tamen procedit in Missa solemni pro re gravi vel publica causa Ecclesiae; non vero in privatis, in quibus secunda oratio erit diei, et tertia de gratiarum actione. — Ita Merati² cum Gavanto, Bisso, Guyet^f, etc.

2^o. In Missa de *Angelis* dicitur semper *Gloria*, quacumque die celebretur; secunda oratio erit diei, et tertia illa quae aliquin esset secunda in Missa currende. — Si autem petatur Missa votiva *S. Michaelis Archangeli*, poterit dici Missa ejus *Dedicationis* in die 29 Septembris; et sic etiam Missa de *Angelis Custodibus* in die 2 Octobris. Ita Merati⁸.

3^o. In Missa de *Spiritu S.* secunda oratio erit de die; tertia *A cunctis vel Concede*, pro temporum varietate. Merati⁴ cum Quarti et Tonellio. Et sic etiam di-

¹ Lib. 6, part. 2, n. 2055, decr. 227. — *Rubr. gen. Missal.*, tit. 9, n. 14 et 16; et *Rubr.* ante Missam votiv. pro gratiarum actione. — ² Part. 1, tit. 4, Nov. Observ., n. 24. — *Gavant.*, part. 1, tit. 7, n. 7, lit. M, n. 235. — ³ Loc. cit., n. 29. — ⁴ Loc. cit., n. 14. — ⁵ Lib. 6, part. 2, n. 503. — ⁶ Series decretor., n. 474. — ⁷ Loc. cit., n. 189 et 229. — ⁸ Part. 1, tit. 4, Nov. Observ., n. 80.

^{e)} Decretum istud (non enim sunt duo sed unum tantum), quod factum est die 5 Octobr. 1652, et approbatum eodem anno die 16 Decembr. his conceptum legitur verbis: « Non potuisse nec posse tam saeculares quam regulares cuiuscumque ordinis et instituti etiam Societatis Jesu, excedere limites verbales indultorum Sedis Apostolicae super beatificatinibus, praesertim in celebratione Missarum et officiis cum octavis, nisi hoc expresse Sedes Apostolica eis indulserit ». *Decr. auth.* S. R. C., n. 942. Sed vide etiam *Decr. auth.*, n. 3862, quod exscripti in nota g ad n. 390 supra.

^{f)} Guyet, *Heortol.*, lib. 4, cap. 21, qu. 12, quidquid dicat Merati, non ita loquitur de Missis privatis; in his enim juxta ipsum: « Oratio pro gratiarum actione secundo semper loco dicitur ».

^{g)} In quibuscumque scilicet Missis votivas solemnibus pro re gravi et publica Ecclesiae causa. Ceterum Missae votivae de B. M. V.,

cuntur Missa de SS. *Sacramento* (Merati⁵), Missa de *Passione et de Apostolis*.

4^o. In Missa de B. M. *Virgine* secunda oratio erit de die, tertia de *Spiritu S.*; et in ferialibus, secunda de *Spiritu S.*; tertia Ecclesiae vel pro Papa. — Hic notandum quod Missa votiva solemnis de B. Maria potest celebrari cum *Gloria* et *Credo* ob publicam causam ratione concursus populi; ex decreto S. C., 8 Junii 1658^{g)} apud Merati⁶. — Item notandum quod si dicas Missam votivam de B. Virgine in festo aliquius Sancti semiduplici infra aliquam octavam B. Virginis; tunc non est dicens Missa votiva communis de B. V., sed de ejus octava, sine tamen *Gloria* et *Credo*^{h)}: ex decreto apud Croixⁱ⁾ et apud Merati⁸. — Si autem petitur Missa de SS. *Rosario* vel de Monte Carmelo, non potest dici Missa concessa Dominicanis vel Carmelitis; ex decretis apud Merati⁹. Sed bene potest dici Missa de die festo^{j)}. Merati¹⁰.

5^o. In Missa pro defunctis non dicitur psalmus *Judica*. Celebrans cum incipit introitum non signat se cruce, sed librum. Non dicit *Jube, Domine, benedicere*; non osculatur librum post evangelium. Non

Custod. die 2 Octobr. — ⁴ Part. 1, tit. 4, Nov. Observ., n. 23. — *Quarti*, part. 1, tit. 4, dub. 1, v. *Quarto* - *Tonelli*, *Sacr. Enchirid.*, lib. 2, cap. un., *Miscell.* ad Miss., n. 17. — ⁵ Loc. cit., n. 29. — ⁶ Loc. cit., n. 14. — ⁷ Lib. 6, part. 2, n. 503. — ⁸ Series decretor., n. 474. — ⁹ Loc. cit., n. 189 et 229. — ¹⁰ Part. 1, tit. 4, Nov. Observ., n. 80.

illae etiam quae sive in cleri conventibus sive ex legato celebrantur; item Missae votivae ejusdem B. M. V. novendiales, utcumque solemnes, non admittunt *Gloria* nec *Credo*. *Decr. auth.* S. R. C., n. 3922, § 1, n. 3 et § 5, n. 2 et 3. — In sabbato tamen dicendum est *Gloria in excelsis*. *Decr. cit.*, § 5, n. 2.

^{h)} Nunc vero cum *Gloria* et *Credo*, ex *Decr. auth.* S. R. C., n. 3922, § 5, n. 1 et 2; et S. C. jubet ut « infra octavas ejusdem B. V. celebretur Missa festivitatis aut de die infra octavam, tamquam non votiva sed festiva ». — Cfr. etiam pro obligatione celebrandi infra octavas B. M. V. Missam ipsius festivitatis, *Decr. auth.*, n. 2542, ad 2, et novissimum decretum diei 30 Aug. 1905.

ⁱ⁾ Ex recentioribus autem decretis S. R. C., Missa de Monte Carmelo et Missa SS. Rosarii nunquam possunt dici uti votivae. *Decr. auth.*, n. 3605, dub. 5, qu. 2; et n. 3924, dub. 2.

benedicit aquam; nec dicit *Gloria Patri* in psalmo *Lavabo*. Ad *Agnus Dei* non dicit *miserere*, sed *dona eis requiem*. Non dicitur oratio pro pace, nec *Ite Missa est*, nec *Benedicamus Domino*, sed *Requiescant in pace*; nec datur benedictio.

Quaedam
decreta a.d.
celebratio-
nem per-
tinentia.

424. - Hic autem ultimo loco operae pretium est adnotare aliqua decreta S. C. Rituum majoris momenti, ad celebracionem Missae pertinentia, excerpta ex plurimis quae affert Croix¹.

1º. Missa conventualis canenda est quotidie in collegiatis quarum clerici sunt numerosos et redditus non tenues. — 14 Januarii 1603.

2º. Tenentur omnino canonici ad cantandam Missam de die, ut lucentur distributiones. — 28 Januar. 1612^a.

3º. Sacerdos qui celebra Missam conventualem, in qua chorus tenetur cantare symbolum, non potest illam prosequi tempore quo a choro cantatur symbolum praedictum. — 17 Dec. 1695.

4º. Missae ad satisfaciendum eleemosynis alicui ecclesiae traditis, non sunt celebrandae per exteros, ubi commode potest iis satisfieri per sacerdotem ejusdem ecclesiae. — 28 Januar. 1606.

5º. Inferiores episcopo non debent sumere de altari paramenta pro Missa. 7 Iulii 1612. — *Hoc tamen intelligendum* (ut advertit Gavantus), ne ponantur para-

menta in medio altaris more episcoporum; nam si ponantur in angulo, id permittit ipsa rubrica^b, ubi dicit: Si vero (sacerdos) sit dimissurus paramenta apud altare ubi celebravit, finito evangelio... ibidem illis se exuit. Saltem, ait Croix^c, hoc permittendum ubi non est commoditas ea alibi deponendi.

6º. Altare portatile ligneum cum ara lapidea permitti debet, non obstante constitutione synodali: dummodo habeat solitum reliquiarum repositorium. — 19 Novembr. 1612.

7º. Solus episcopus potest habere fenestras in ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit. 19 Junii 1604.

8º. Non licet in ecclesiis, in quibus non asservatur SS. Sacramentum, celebratio Missae in Coena Domini; nec ejus asservatio in sepulcro. — 14 Junii 1659.

9º. Non permittitur ad altare majus celebratio Missae, dum dicuntur in choro Matutinum et Horae. — 15 Sept. 1664.

10º. Potest fieri commemoratione de SS. Sacramento, si expositum sit, etiam in Missa de festo duplice, quod non sit primae vel secundae classis. — 2 Decembr. 1684^b.

11º. Si in die commemorationis omnium defunctorum occurrit dominica, officium cum Missa defunctorum transferatur in sequentem diem, etiam festo duplice impeditum. 5 Oct. 1688^c.

¹ Lib. 6, part. 2, n. 2055. — S. C. Epp. et RR., apud Croix, loc. cit., et Merati, part. 3, tit. 11, Nov. Obs. iv, sub n. 29. — S. Rit. Cong., 17 Dec. 1695; Decr. auth., n. 1986. — S. Rit. Cong., 7 Iulii 1612; decr. expunctum ex authent. collect.; sed plura decreta ejusdem tenoris ibidem haben-

^b) Decretum de die 2 Decembr. 1684 expunctum est in editione authentica; at ibi, n. 2390, ad 4 et 5, declaratur commemorationem de SS. Sacramento in Missis privatis fieri posse, dummodo expositio sit pro causa publica. Cfr. etiam Decr. 3517; 2390, ad 5; item Decr. diei 20 Novembr. 1903. — Quando vero SS. Sacramentum expositum est occasione XL Horarum, posse fieri commemorationem in Missis privatis; sed omittendam in festis primae et secundae classis. Decr. auth., n. 1743, ad 4.

^c) Decretum hoc non amplius reperitur in collectione auth., sed n. 3864, decretum generale de die 9 Iulii 1895 habetur, ubi sub n. II statuitur: « Quod si die 2 Novembri occurrat dies dominica, vel alicubi festum aliquod cum feriatione celebrandum, aut duplex

tur, et signanter n. 514, 553, 567, etc. — *Gavant.*, part. 2, tit. 1, n. 2. — ^b Part. 2, tit. 12, n. 6. — ^c Lib. 6, part. 2, num. 2072. — S. Rit. Cong., 10 Nov. 1612; Decr. auth., n. 803. — S. Rit. Cong., 19 Jun. 1604; Decr. auth., n. 166. — S. Rit. Cong., 14 Jun. 1659; Decr. auth., n. 1120.

Quid de
expositione
SS. Sacra-
menti.

12º. Sacerdos in sacrificio Missae congruentius utitur cingulo linea quam serico. — 22 Januar. 1701.

13º. Habens indultum a Sede Apostolica erigendi oratorium privatum in propria domo, si quis voluerit ibi aedificare altare ligneum, non indiget facultate apostolica: dummodo altare ligneum cum sacro lapide parieti colligatum amovibile non sit, et altaris portatilis imaginem non prae se ferat. — 3 Dec. 1661 (apud Merati¹). Tō autem colligatum late videtur intelligendum, ita ut altare parieti adhaereat, et nullum inter ipsum et parietem intercedat spatium; sic enim verificatur quod altari non prae se fert imaginem altaris portatilis; idque saltem sic usus interpretatus est.

14º. Non potest prohiberi celebratio Missae in oratorio ruri aedificato per laicum, antequam celebretur Missa parochialis. — 31 Martii 1629 (apud Merati²).

15º. Sacra Congregatio saepius censuit, constitutiones synodales disponentes, ut diebus festis Missae celebrari non debeant in aliis ecclesiis, nisi celebrata Missa in ecclesia parochiali, esse observandas; ita tamen ut Missa in ecclesia parochiali hora opportuna celebretur. 25 Maii 1652 (apud Benedictum XIV³). — De rigore juris non posse prohiberi (scilicet a parochio) ut Missae non celebrantur ante Missam a parochio non celebratam. — 27 Junii 1641 (apud eundem Benedictum⁴).

Refert hic ultimo loco aliqua obiter adjicere circa *Eucharistiae expositionis usum*: quem doctissimus Christianus Lupus⁵ jamdiu in Ecclesia fuisse probat; et magnopere ipse promovet, dicens, ex fre-

S. Rit. Cong., die 22 Januar. 1701; Decr. auth., n. 2067 ad 7. — ¹ Series decrutor., n. 393; Decr. auth., n. 1219. — ² Loc. cit., n. 242; Decr. auth., num. 500. — ³ Notific. 44, n. 11. Cfr. Pallottini, v. *Missa*, § 3, n. 29 et 31. Sunt enim declarationes S. Cong. Conc. — ⁴ Loc. cit., n. 10. Cfr. etiam

primae classis quamvis sine feriatione, commemoratione omnium fidelium defunctorum transferatur in sequentem diem tertiam ejusdem mensis, similiter non impeditan; cuius pridie Matutini recitationem pariter ut supra [non solum privatim, sed etiam publice in choro] anticipari S. R. C. indulget». Et III: « Si vero in aliqua ecclesia, die 3 Novembri, in quam transferenda sit eadem defunctorum commemoratione, festum duplex secundae classis occur-

quenti hujusmodi Sacramenti expositione populum retrahi a vanis oblectamentis, concursum ecclesiarum augeri, et fideles magis ad devotionem excitari.

Verumtamen S. Carolus Borromaeus⁶ haec praescripsit: *Sanctissima Eucharistia, ne quavis causa, sed publica tantummodo eaque gravi, exponatur, servatis omnino regulis praescriptis*; aliis vero de causis, orationem licebit instituere, sed non Sacramento aperte exposito. — Item Benedictus XIV⁷ refert S. C. Concilii die 17 Aug. 1630, in una *Neapolitana* sic praescripsisse: *S. C. censuit non licere regularibus, etiam in eorum propriis ecclesiis, SS. Eucharistiae Sacramentum publice adorandum exponere, nisi ex causa publica, quae probata sit ab Ordinario; ex causa autem privata posse, dummodo SS. Sacramentum e tabernaculo non extrahatur, et sit velatum, ita ut sacra Hostia videri non possit*. Idque confirmatum fuit a nostro Pontifice Benedicto XIV, per aliud decretum datum 16 Aprilis 1746⁸, ubi dicitur: *Non licere exponi publice divinam Eucharistiam, nisi causa publica et episcopi facultas intervenerint*. — Ex his igitur omnibus decretis certum videatur non licere exponere SS. Sacramentum ob litis victoriam, ob valetudinem alicujus (nisi sit persona publica, cujus salus communis bono sit expediens); et sic pro aliis privatis causis.

Num autem id liceat ob speciale devotionem alicujus particularis? — Dubitat Pater Concina.

Ego dicam quid sentiam: Dico 1º. quod si quis privatus hanc expositionem fieri procurat ad publicam devotionem promo-

Quid de
expositione
ob specia-
lem devo-
tionem ali-
cujus pri-
vati.

Pallottini, loc. cit., n. 18. — ² Tom. 11, dissert. de sacris Procession., cap. 9 et seqq. — ³ Synod. 11 dioeces., Monit. quad sacram. — ⁴ Notific. 30, n. 11. — ⁵ Decr. *Accepimus*, § 11 in primis. — ⁶ Concina, de Euch., dissert. 1, cap. 6, § 5, n. 13.

rat, hoc festum transferatur in primam diem liberam juxta rubricas. De die vero octava, aut de festo duplice maiori, minori vel semiduplici occurrentibus, sicut de alio festo translato, cui in calendario locus pro eo anno non suppetat, in praefata commemoratione omnium fidelium defunctorum officium fiat; sed Missae omnes, sola ubi dicenda est conventionali excepta, sint de requie». Haec de Commemoratione omnium defunctorum.

vendam, tunc ista potius publica quam privata causa esse videtur. — Dico 2^o. cum Concina, in hoc spectandum an in illis locis in quibus fit expositio, devotio et cultus Sacramenti magis augeatur vel minuatur; et juxta hanc regulam censeo expositionem faciendam vel omittendam. Ubi enim vigeat devotio et cultus augeatur (debita semper obtenta Ordinarii licentia), nescio, praesertim juxta praesentem nostrarum regionum frequentem usum, cur potius non sit laudanda quam improbanda hujusmodi SS. Sacramenti expositio: modo (exciperem) non sit nimis frequens; nimia enim frequentia esset quidem causa ut reverentia erga tantum sacramentum minueretur.

Hinc insuper notandum quod etiam respectu ecclesiarum saecularium adest decretum S. C. Episcoporum et Regularium, prohibens extrahi pyxidem a tabernaculo cum illa ob privatam causam expeditur, his verbis: *Si quandocumque privata ex causa sacrosancta Eucharistia exponenda videbitur, a tabernaculo nunquam extrahatur; sed in pyxide velata, in aperto ejusdem tabernaculi ostiolo, cum assistentia alicuius sacerdotis, stola et superpelliceo induit, et cum sex saltuum lumenib[us] cereis collocetur. Quod idem in ecclesiis saecularium servari mandamus.* Die 9 Dec. 1602. — Ita apud card. Lambertini¹.

Benedictus XIV, in sua bulla *Cum ut recte nosti*, mentionem faciens de praefatis decretis, dicit quod pro causa privata nunquam potest extrahi pyxis, nec etiam ad populum benedicendum: *Si autem.... (sunt ejus verba) non debet a tabernaculo educi, facile intelligitur in designatis casibus non esse illud afferendum ad ecclesiae januam, nec cum eodem benedictionem impertiendam.* — Hic vero obiter advertendum id quod in praedicta bulla

idem Pontifex subdit: *Neque enim fas cuique esse debet privata auctoritate.... novum ritum inducere.* Profert ibi ad hoc canonem Tridentini², ubi vetitum fuit immutari consuetos ritus circa administrationem sacramentorum; et declarat canonom illum procedere etiam quoad cultum SS. Eucharistiae. Loquens autem de ritibus alicubi jam introductis, sic inquit: *Et quoties aliquem ritum ejusmodi induci contigit, etsi nihil continentem pietati... oppositum, Apostolica Sedes eundem ipsum interdicere non dubitavit, ex quibusdam extrinsecis circumstantiis nullatenus praevisis vel neglectis ab eo qui ritum invenit.*

Notandum etiam quod, ex decreto Clementis XII 1 Sept. 1730 (relato apud Merati³), prohibentur apponi statuae, reliquiae Sanctorum ac imagines animarum purgatorii in altari ubi fit expositio. — Ad illud autem: *Panem de coelo, etc.*, non est addendum *alleluia*; ex decreto S. C. apud Merati⁴.

Hic ultimo loco operae pretium est quaerere et videre *quibus in ecclesiis asservari possit Eucharistiae sacramentum.*

Docet card. Petra⁵ cum Barbosa, Riccio, Genuensi, etc., ac pluribus decisionibus S. Congregationis, certum esse tantum in *ecclesiis parochialibus* retineri posse; quia in hoc tantum Sedes Apostolica dispensare potest, non autem Ordinarii. — Asservatur etiam in *cathedralibus*; quia ipsae primae dicuntur parochiae. Verum ibi non est asservandum in altari majori, sed in alia capella, propter functiones pontificales, necessario peragendas ab episcopo retrorsum ad altare majus. — Permittitur etiam asservari *Sacramentum in ecclesiis regularium*, propter necessitatem praebendi ibidem communionem infirmis; ut dicunt Pellizarius⁶, Petra⁷ cum Glossa⁸). Idem per-

¹ Notif. 30, n. 21. — *Bened. XIV*, bulla *Cum ut recte*, § 13 et 12. — ² Sess. 7, de Sacram. i. g., can. 13. — ³ Part. 2, tit. 14, Nov. Observ., post num. 1, v. *Istruzione*, n. II. Et habetur in append. Decretor. auth. S. R. C., tom. 3, § 4. — ⁴ Series decretor., num. 523. — ⁵ Comment. ad constit. I Urbani IV, sect. un., n. 15, 16, 29. — ⁶ *Barb.*, in Trid., sess. 18,

cap. 6, de Euch., n. 3; de Off. et Potest. episc., alleg. 22 num. 8. — ⁷ Ricci, Collectan., decis. 1216. — ⁸ Genuen., Prax. archiepisc. curiae Neapol., cap. 110. Cfr. Decr. auth. S. R. C., n. 420; et 8335, ad 1; Pallottini, v. *Sacramentum Eucharistiae*, § 2, num. 13, 14, 16, 19 et seqq. — ⁹ Tr. 8, cap. 2, n. 137; cfr. tr. 8, cap. 6, n. 2 et 3. — ¹⁰ Loc. cit., n. 18

Domini pro moribundis; in quod quidem decretum Glossa haec addit: «Et hoc idem facere debent religiosi».

mittitur in *ecclesiis monialium* viventium in clausura; ex decreto S. C. Concilii in *Ulyssiponensi*, anni 1585¹), apud Petra².

Censuit etiam eadem S. C. in *Mexicana*, 15 Maii 1700, concedendum Patribus Oratorii indultum asservandi Eucharistiam intra claustra, pro quatuor anni temporibus, in quibus fiunt exercitia ab ordinandis.

Non permittitur autem in collegiis soilius Ordinarii auctoritate constitutis; ut sunt *conservatoria*, quae non approbantur, sed tantum a Sede Apostolica tolerantur, et in quibus jura parochialia preservantur parochio: ut decrevit S. C. Concilii in *Salernitana* 19 Aug. 1702, et in *Neapolitana* 2 Julii 1707, ubi specialiter declaratum fuit asservationem Eucharistiae non licere conservatoriis absque apostolica auctoritate. Vide Petra³. — Idem decrevit S. C. respectu *ad grangias* regularium⁴. — Idem respectu ad ecclesias *collegiatas*: nisi asservatio Eucharistiae ibi esset pro servitio suarum parochiarum⁵. — Idem, quoad ecclesias *confraternitatum*⁶ et *hospitale*⁷. — Idem, quoad ecclesias *rurales* aut alias intra fines parochiae⁸: nisi esset aliqua ecclesia filialis parochiae, et adesset ibi consuetudo asservandi Sacramentum, ac necessitas ad consulendum saluti animarum⁹, ut ait et probat Petra¹⁰.

Tandem declaravit Benedictus XIV, in bulla *Quamvis justo, etc.*, data 30 Aprilis 1749, jus retinendi Eucharistiam privative pertinere ad Pontificem, *canonica* (ait)

¹ Comm. ad const. I Urbani IV, sect. un., num. 19; cfr. Pallottini, loc. cit., n. 4 et 5. — ² Loc. cit., n. 20, 21, et 22; cfr. Pallott., loc. cit., n. 27 et 30. — ³ Petra, loc. cit., num. 32. — ⁴ Loc. cit., n. 37 et 38. Cfr. Decr. auth. S. R. C. Indicem gener., v. *Clavis*. — *Pignatelli*, tom. 6, consult. 87, num. 9 et 10. — ⁵ Loc. cit., n. 41 et seqq. — ⁶ Merati, Series decretor., n. 696; et part. 2, tit. 10, Nov. observ., n. 33, v. *Clausa pyxide*. Cfr. Decr. auth. S. R. C., n. 2543, 2725 ad 1. — ⁷ Loc. cit., n. 21. — ⁸ Loc. cit., n. 30; cfr. Pallottini, loc. cit., n. 21. — ⁹ Loc. cit., n. 2543, 2725 ad 1.

¹⁰ Si nempe monasterium sit canonice eratum; alias non licet, ut declaravit S. R. C. Decr. auth., n. 860.

¹¹ Excipitur tamen casus consuetudinis immemorabilis vel centenariae, ut declaravit S. C. C. Vide Pallottini, loc. cit., num. 25. Quodsi adesset consuetudo quadragenaria, certioranda est S. C.: Pallottini, loc. cit., num. 28.

doct disciplina, juxta quam sacrosancta Eucharistia in ecclesiis quae parochiales non sunt, retineri non potest absque praesidio apostolici indulti vel immemorabilis consuetudinis (seu centenaria, non vero quadragenaria, ut probat Petra⁸), quae hujusmodi indulti presumptionem inducit.

Advertit autem Petra⁹ quod, licet ad sit immemorabilis consuetudo in aliqua ecclesia asservandi Sacramentum; ipsa tamen non suffragatur, si constet ab initio fuisse asservatum ex sola licentia Ordinarii: possessio enim illa minime valet, cum proveniat ex titulo infecto. Et ita decrevit S. C. Concilii in *Neapolitana*, 28 Julii 1708. — Insuper sciendum quod a Sede Apostolica hujusmodi licentia nunquam conceditur pro oratoriis privatis et pro capellis ruralibus: nisi esset alicubi populi concursus et distantia a parochia. Ita Petra¹⁰.

Qui demum advertit jus retinendi claves tabernaculi privative spectare ad parochum; idque non permittendum monialibus neque laicis, etiam in feria quinta Coenae Domini, nisi adsit in aliquo loco immemorabilis consuetudo: quam tolerandam esse censem Pignatelli, et testatur sic servari in Hispania et in regno Siciliae ac etiam Neapolitano. — Vide Petra¹¹.

Insuper notandum ex decreto S. C. Rituum sub die 15 Sept. 1736 (apud Merati) quod in communione ministranda monialibus non est danda benedictio cum pyxide a fenestella, sed tantum cum dextera

Solus pa-
rochus fe-
nere debet
claves ta-
bernaclu.

Quid ser-
vandum in
danda com-
munione
Monialibus

¹² Sed S. R. C., die 15 Nov. 1890, declaravit Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum asservari non posse in ecclesiis filialibus seu oratoriis alicuius parochiae, ubi Missa celebratur tantummodo dominicis, et quando viaticum ad aegrotos ferendum desumitur; nisi per aliquot diei horas aditus pateat fidelibus SSimum Sacramentum visitare cupientibus. Decr. auth., n. 3739, ad 1.

manu, etiamsi ibi sit praesens Sacra-
mentum. — Item, quod sacerdos, descen-
dendo ab altari cum pyxide, non per late-
rales gradus, sed anteriores, descendere
debet ^{h).}

Clem. XIII, die 3 Januar. 1759, Decr. auth. S. R. C., num. 2449.

Praeterea advertendum quod regnans
Pontifex Clemens XIII praecipit omnibus
dominicis in Missa dicendam praefationem
de Trinitate: modo non adsit praefatio
propria illius diei.

Dominicis
dicenda
praefatio de
Trinitate.

^{h)} Quod sacerdos descendere debeat per
gradus anteriores, juxta decretum S. R. C. de

die 15 Sept. 1736: notandum hoc decretum
expunctum esse ex editione authentica.